

M

ORDINATIONES
EDITAE IN SYNODO ASSISIENSI
Celebrata

SVB EMIN.^MO ET REV.^MO D.

D. PAVLO AEMILIO


TIT. S. MARIAE IN COSMEDIN

S. R. E. DIACONO

CARD. RONDININO

EIVSDEM CIVITATIS EPISCOPO

Anno Domini MDCLVI.







ROMÆ, Typis Mascardi, MDCLVIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

PAVLVS AEMILIVS
S· R· E· DIACONVS
CARD. RONDININVS
Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Aſſiſienſis

Vniuerſo Clero Ciuitatis Seraphicæ, & Diœceſis Aſſiſij ſalutem in Domino.



VAM neceſſaria ſemper fuerit Gregis Dominici Paſtoribus frequens ſui Cleri Congregatio, quæ Synodus appellatur, vel ab ipſis Chriſtianæ fidei primordijs tot conuentus habiti, tot congreſſus inſtituti, tot indicta concilia, tot demum identidem iterata, atque adeò toti Epiſcoporum cœtui à ſanctis Patribus, ſummiſque Pontificibus imperata ſæpè comitia, vberrimæque inde ad gloriam Dei, & progreſſum Eccleſiæ conſecutæ vtilitates apertiſſimè teſtantur. Siquidem, quæ ad fœcunda, & ſalutaria virtutum ſemina in Agro Domini effundenda;

quæ ad ſteriles, & pernicioſas vitiorum radices extirpandas; quæque ad Diuinum cultum adaugendum, fidemque propagandam pertinebant, in ijs diligenter diſcuſſa, conſultè enucleata, prudenter decreta, ac demùm ſalubriter cunctis fidelibus conſtituta ſunt. Quem quidem Vniuerſalis Eccleſiæ morem laudabiliter à pleriſque noſtrorum Prædeceſſorum, vt ſcitis obſeruatum, cum Nos etiam ſequi vellemus, ſimulque decretis Sacroſancti Concilij Tridentini pulchrè ea de re ſtatuentis obſequium noſtrum accommodare neceſſarium duceremus, ſuperioribus menſibus primam noſtram Synodum adornauimus, adornatamque ad exitum, quem optabamus, Deo Adiutore, perduximus: quæcumque enim ad informandos, reformandoſque mores; quæcumque ad animarum cuſtodiam, & commiſſi Noſtræ, Veſtræque fidei Gregis ſalutem, incolumitatemque conſtituendam ſpectare viſa ſunt, ordinauimus, Paſtorali noſtro muneri, & effuſæ erga creditas Nobis animas charitati pro viribus reſpondentes: Verum, quia ſemel tantum auribus percepta nequaquam pectori, memoriq; animo infigi, multoque minus retineri, & obſeruari ſolere exi-

Trid. ſeſſ. 24. cap. 2. de Reform.

existimauimus, perquàm vtile futurum esse duximus eadem curare typis imprimenda, ne opus non sine labore, curisq; susceptum, absolutumque, irritum redderetur. Ità enim qui fructus expectantur, facillimè, vberrimèque collectum iri sperauimus; si nostras synodales constitutiones, & decreta in libellum digesta, diurna Vobis, nocturnaque manù versanda traderemus. Hoc igitur nostrum consilium Vobis omnibus tàm gratum fore, quàm quod gratissimum arbitramur. Sic Deus Immortalis fons bonorum consiliorum indeficiens eam singulis Vestrum legendi mentem inspiret, vt non tantùm à Vobis ipse libellus assiduè, ac diligenter perlegatur, sed, quæ in eo continentur, perseueranter, hoc ipsum factitandi cæteris omnibus vestræ curæ commissis illustre, & præclarum suppeditent exemplum. Valete, Deumque semper ex animo veneramini.

Im-

Imprimatur, Si videbitur Reuerendiss. Patri S. P. A. Magistro.

M. A. Episc. Hierapol. Vicesg.

VIdi iussu Reuerendiss. P. Raymundi Capisuchi S. P. A. Magistri Synodum ab Eminen. ac Reuerendiss. Card. Rondinino Episcopo Assisiensi anno 1656. celebratam, in qua nihil reperi, quod fidei Catholicæ, bonis moribus, sacris Canonibus, Summorum Pontificum Constitutionibus, sacrarum Congregationum decretis, aut declarationibus aduersetur. Imò quia cuncta in ea pro dignitate clarè disposita sum admiratus, dignissimam iudicaui, quæ, si eidem Reuerendissimo videbitur, ad vtilitatem, nedum illius Ciuitatis, & Diœcesis, sed & omnium vbique Ecclesiarum, quarum exinde Ordinarij optimam inoffenso pede, celebrandæ Synodi formam agnoscere, & imitari poterunt quamprimùm in lucem edatur. In quibus &c. Datum ex Conuentu S. Mariæ de Populo Vrbis die 1. Octobris 1658.

F. Hieronymus Romanus S. T. Lector I. V. D. & eiusdem Eccl. Curatus.

Imprimatur

F. Raymundus Capisuccus S. P. A. Magister Ord. Præd.

INDEX
TITVLORVM.

DE Fide Catholica profitenda, ac tuenda. fol. 1
De Doctrina Christiana. 3
De Verbi Dei Prædicatione. 5
De Sacris Reliquijs, & Imaginibus Sanctorum. 7
De Obseruatione Ieiuniorum. 10
De Festorum dierum obseruatione. 13
De Sacramentis in genere. 17
De Sacramento Baptismi. 19
De Sacramento Confirmationis. 20
De Sacramento Pœnitentiæ. 21
De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento. 25
De Sacramento Ordinis. 27
De Sacramento Matrimonij. 30
De Sacramento Extremæ Vnctionis. 32
De Sepulturis. 33
De Sacrosanctis Ecclesijs. 35
De Bonis Ecclesiæ non alienandis. 37
De Vita, & Honestate Clericorum. 43
De Parocho, & eius officio. 45
De Congregationibus Sacerdotum. 47
De Bonis Confraternitatum Laicorum, & aliorum Piorum locorum ritè, & rectè conseruandis. 52
De Hospitali Expositorum. 56

De

De Sacro Monte Pietatis . 59
De Seminario . 62
De Legatis Pijs . 64
De Monialibus, earumque Ministris. 66
De Ecclesiastica Immunitate. 75
De Vsuris . 76
De Horis Canonicis . 77
De Constitutionibus Synodalibus . 81



TI-



TITVLVS PRIMVS.

De Fide Catholica profitenda, ac tuenda.



1 VONIAM Christianæ Institutionis vniuersæ radix, & fundamentum fides est, sine qua impossibile est placere Deo; ideò iuxtà Concilij Tridentini Decreta mandamus, vt omnes prouisi de Beneficijs curam animarum habentibus intrà duos menses à die adeptæ possessionis numerandos in manibus nostris, seù nostri Vicarij generalis; assumpti verò ad dignitates, & Canonicatus Cathedralis, non solum coram Episcopo, vel eo impedito, coram Vicario, sed etiam in Capitulo publicam emittant ex præscripta in Pij Quarti Constitutione formula fidei professionem; alioquin minimè fru-

Trid. sess. 24. cap. 12. de Refor.

Pius IV Const. 88. incip. In Sacros & 89. incip. Iniunctum.

fructus suos faciant, nec eis possessio suffragetur.

2 Nostræ autem Curiæ Cancellarius de emissa professione rogatus nomen, cognomen, & Patriam profitentis, diemque, & annum professionis in Librum ad hunc vsum comparatum, & in Archiuio asseruandum referat sigillatim, sub pœnis arbitrio nostro infligendis.

Ead Const. Pij IV in Sacros. 88.

3 Hanc fidei professionem, etiam ludi litterarij Magistri scientias, seù grammaticam, vel alias liberales artes docentes emittere teneantur, antequàm prædictas facultates docere incipiant.

4 Mandamus etiam omnibus, & singulis quibus animarum cura incumbit, vt in sua quisque Parochia in id excubet, vt, siquem alienum ab Orthodoxæ fidei dogmatibus, vel etiam eo nomine suspectum animaduertat, statim ad nostram, vel nostri Vicarij generalis, vel, si maluerit, ad Inquisitoris notitiam deducat.

* *
*



TI-

TITVLVS II.

De Doctrina Christiana.

1 T ipsa Catholica fides in cordibus credentium altiores agat radices, Parochi, tàm Seculares, quàm Regulares omnibus diebus Dominicis iuxtà Sacri Concilij Tridentini Decretum pueros, & alias huiusmodi rudes personas fidei rudimenta, pietatem erga Deum, obsequium ergà parentes, & cœtera Christiani hominis officia sedulò doceant, quos ad suas Parochiales Ecclesias singuli dato signo Campanæ, statuta hora à prandio conuocare curabunt, dictumque munus obeant, etiamsi pauci, vel vnus tantùm accesserit.


Trid. sess. 14. cap. 4. de Refor.

2 In Castellis autem, aut Villis, & præsertim in Montanis, in quibus huiusmodi conuocatio difficilis esse solet, Parochi inter Missarum solemnia festis diebus vulgari sermone iuxtà versionem factam à bo: me: Cardinali Bellarmino Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Decalogi præcepta, Symbolum fidei, aliaque potiora nostræ Religionis documenta ità distinctè, dilucidèque recenseant, vt clara voce per astantes repetita facile percipi, & memoriæ mandari pos-

ſint, eoſdem pariter toto mentis affectù cohortentur, vt etiam poſt prandium ad ſonum Campanæ conueniant in Eccleſiam, vberiùs Doctrinæ Chriſtianæ pabulum recepturi.

Leo X. Conſtit. 7. §. 32. incip. Supernæ.

3 Sed, & Decreto Lateranenſis Concilij ſub Leone Decimo inhærentes, ordinamus, vt ludi litterarij Magiſtri, tàm publici, quàm priuati, pueros, & adoleſcentes ſuos ſemel in hebdomada Doctrinam Chriſtianam doceant, & alia neceſſaria ad ſalutem, & bonos mores; eiſque Libros bonis moribus aduerſantes non exponant; ſed iubeant etiam omnibus diebus feſtis intereſſe Miſſæ, Veſperis, & Prædicationibus Verbi Dei, compellantque ad audiendam in Parochorum Eccleſijs Doctrinam Chriſtianam, quod parentes quoque exequi monemus.



TI-

TITVLVS III.

De Verbi Dei Prædicatione.

1 PASTORALIS ſollicitudo deeſſe non debet, quin diſpenſatio ſeminis cœleſtis per idoneos miniſtros certis, præcipuiſque temporibus fiat. Nemo propterea hoc prædicandi munus, exceptis Parochis, aggrediatur; niſi præcedente approbatione, & licentia à Nobis, vel noſtro Vicario generali obtinenda, quæ gratis concedatur. Trid. ſeſſ. 5. cap. 2. de Ref.

2 Statuimus etiam, vt in Eccleſia Cathedrali S. Rufini à Prædicatoribus à Nobis pro tempore Aduentus, & Quadrageſimæ eligendis Sacra Concio habeatur; in alijs verò Eccleſijs ſecundum Sacri Concilij decretum Parochi, & omnes curam animarum habentes ſingulis diebus feſtis in miſſarum ſolemnijs, vel dum Chriſtianam tradunt doctrinam, ſi magis viſum fuerit opportunum, exponant aliquid de Euangelio, ſi ſe ad id idoneos nouerint, ſin minus eius homiliam, vel vitam Sancti alicuius, aut ex probato ſpirituali Libro aliquod pium exemplum, quo corda fidelium ad virtutum amorem, & ad vitiorum deteſtationem excitentur. Trid. ſeſſ 24. cap. 4. de Ref.

Re-

3 Regulares, qui prædicandi munus obire voluerint, in Ecclesijs sui ordinis benedictionem, in alijs licentiam à Nobis, vel in nostra absentia, à nostro Vicario generali petere, nec non sui Superioris litteras testimoniales de sua idoneitate, & approbatione Nobis, vel Præfato Nostro Vicario generali exhibere teneantur; neque eos Parochi, & Ecclesiarum Rectores in suis Ecclesijs ad concionandum admittant, nisi priùs ostensa sibi in scriptis dicta nostra licentia, sub pœnis arbitrio nostro: Imò etiam licentia, & benedictione obtentis, qua hora nos Concionem habuerimus, ijdem Regulares non admittantur, & à prædicatione abstineant.

Trid. sess. 5. cap. 2. de Ref.

Clem. Dudũ §. nos autem de sepult.

4 Communitates verò, quæ Concionatorem consueuerunt eligere, nisi per totam Dominicam Sexagesimæ pro tempore Quadragesimali, & per totam diem vigesimam Nouembris pro Aduentù Concionatores elegerint, electio pro illa vice ad Nos deuoluatur; & nihilominus ad consueta alimenta, & eleemosynas eisdem Prædicatoribus dari solitas teneantur.

Sacra Episc. Cong. 1591 Rossanen. 10. Decemb

Sacra Cong. Concilij 1640. Ciuitatis Plebis 20. Nou.



TI-

TITVLVS IV.

De sacris Reliquijs, & Imaginibus Sanctorum.

1 SACRORVM Canonum, & Sacri Concilij Tridentini Decretis, nec non declarationibus Sac. Congregationis Eminentissimorum Cardinalium negotijs Episcoporum, & Regularium præpositorum inhærentes, iniungimus omnibus, etiam Regularibus, nè Reliquias de nouo repertas publicè exponant, nisi priùs recognitæ, & à nobis fuerint approbatæ; nec alias quascumque extrà capsam, & vascula ostendant; sed siquandò suis in capsis, vel vasculis decenter asseruatas Populi pietas, vel necessitas postulauerit exhiberi, eædem quatuor, vel saltem duobus cereis collucentibus, à Sacerdote superpelliceo, ac stola induto, præmissisque thurificatione, precibus, & congruis orationibus illorum Sanctorum, concurrenti tantùm Populo ostendantur, turpis verò quæstus causa, ac omnibus, quæ tacitè, vel expressè possint inuitare fideles ad eleemosynas erogandas vndequaque remotis, sub pœnis arbitrio nostro; sub quibus prætereà mandamus, nè Reli-

Cap. 2 de Reliq. & ven. SS. Trid. sess. 25. de inuocat. & venerat. & Reliq. Sanctor. & Sacr. Imag.

D. c. 2 de Reliq. & ven. SS. Sac. Congreg. Episc. 1598. Aquila 22. Febr. 2.

Reliquiæ à locis pro earum custodia destinatis ad alia, etiam ex eadem custodiæ causa transferantur sine nostra licentia in scriptis obtinenda.

2 Armarium, seù locus, in quo Reliquiæ conseruantur, pluribus clauibus obseretur, quarum vna in nostra Cathedrali Ecclesia S. Rufini erit penes Nos, & in Nostra absentia, penes nostrum Vicarium Generalem; alteram verò Prior, ac tertiam primus Canonicus retinebunt: Porrò in Diœcesi Rector Ecclesiæ, vel Superior Confratrum primam; secundam verò Noster Vicarius Foraneus conseruabunt: Quo verò ad Reliquias S. Claræ, & aliarum quarumcumque Ecclesiarum, etiam Regularium quorumuis Ordinum seruetur Decretum peculiare Sacræ Congregationis positum post præsentes constitutiones.

3 Sanctorum quoque imagines palam exponi, vel in parietibus depictas detegi; nisi prius à Nobis, vel à Nostro Vicario generali fuerint approbatæ, & ex Ecclesiastico ritù benedictæ, caueant Parochi, & Ecclesiarum Rectores sub pœnis nostro arbitrio.

4 Vt autem eliminetur omnis abusus, qui solet oriri in administratione, & applicatione eleemosynarum erogatarum ex deuotione fidelium erga aliquam Imaginem Sanctissimi Domini Nostri Iesù Christi, Beatæ Mariæ Virginis, & Sanctorum, mandamus omnibus Custodibus, etiam Secularibus quarumcumque Ecclesiarum,

Ca-

Capellarum, Altarium, & aliorum Piorum locorum, vt omnes eleemosynas, etiam pro Missis celebrandis, atque alio quouis opere pio erogatas reponant in particularem capsulam duarum clauium, quarum vna penes Parochum, altera penes Ecclesiasticum officialem Ecclesiæ, vel aliquem per Nos deputandum esse debeat, vt eleemosynæ conuertantur in opus, quod magis pietati visum fuerit expedire.

S Cong Epis. 1577 Pistoia 12. Ian. 18.

Eadem 1605. 28 Feb. 16. eleemosynæ.



TITVLVS V.

De obseruatione Ieiuniorum.

1 SALVTARIS abstinentiæ præcepta, quæ, & carnis infirmitati medentur, & acuendis ad omnem virtutem animis egregiè conferunt, sanctè decet ab omnibus, & religiosè custodiri. Monemus igitur fideles vniuersos curæ nostræ commissos, vt ieiunia omnia, quæ Sancta Romana Ecclesia præcipit obseruari, diligenter obseruent; à carnibus præcipuè, cibisque alijs ieiuniorum tempore prohibitis per totam quadragesimam, & quatuor anni tempora, nec non dierum festorum vigilias inuiolabiliter abstinendò.

Vrb. VIII. in const. incip. Vniuersa.

2 Quinimò neque venales tunc eos cibos habere liceat, præterquàm ad vsum infirmorum in apothecis deputatis, quarum valuæ ex magna parte clausæ retineantur, & nemini, nisi illis vendantur, quibus a medicis, quorum conscientiam oneramus, licentia concessa, & à Vicario nostro generali fuerit approbata, sub pœnis arbitrio Nostro. Vbi verò extrà ciuitatem, & oppida medici consilium haberi nequaquam potest, ex aper-

ta,

ta, vrgentique cauſa ſenibus, imbecillibus, & valetudinarijs Parochi id poſſunt indulgere.

3 Caupones, Tabernarij, & alij ſimiles eoſdem cibos quadrageſimæ, & ieiunij diebus nullo modo apponere, vel comedentibus etiam alibi coctos permittere audeant, ſub pœna ſcutorum viginti quinque, tàm a præbentibus huiuſmodi prohibitas epulas, quàm a recipientibus incurrenda, & locis pijs applicanda.

Dies Ieiuniorum.

Quadrageſimæ ſinguli dies, exceptis Dominicis.
Quatuor Tempora totius anni.
Vigilia Pentecoſtes.
Vigilia ſancti Matthiæ 23. Februarij, & 24. in anno biſſextili.
Vigilia Natiuitatis ſancti Ioannis Baptiſtæ 23. Iunij.
Vigilia ſanctorum Petri, & Pauli 28. Iunij.
Vigilia ſancti Iacobi 24. Iulij.
Vigilia ſancti Laurentij Martyris 9. Auguſti.
Vigilia Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis 14. Auguſti.
Vigilia ſancti Bartholomæi Apoſtoli 24. Auguſti.
Vigilia ſancti Matthæi Apoſtoli 20 Septembris.
Vigilia ſancti Franciſci Confeſſoris Patroni ex auctoritate Summi Pontificis in Ciuitate, &

districtû; vt in Decreto post præsentes Constitutiones 3. Octobris.
Vigilia sanctorum Simonis, & Iudæ Apostolorum 27. Octobris.
Vigilia Omnium Sanctorum 31. Octobris.
Vigilia sancti Andreæ Apostoli 29. Nouembris.
Vigilia sancti Thomæ Apostoli 20. Decembris.
Vigilia Natiuitatis Domini Nostri Iesù Christi 24. Decembris.



TI.

TITVLVS VI.

De Festorum dierum obseruatione.

1 ESTORVM dierum obseruationem ad Cultum Diuinum magnopere pertinere, nec aliam ferè periculosiùs Ecclesiasticæ disciplinæ partem violari plurima, tàm noui Testamenti, quàm veteris exempla declarant. Intelligant itàque fideles omnes nostræ Ciuitatis, & Diœcesis diebus præcipuorum nostræ salutis mysteriorum Christi Domini, & Beatissimæ Virginis, atque Sanctorum memoriæ ab Ecclesia laudabiliter consecratis à seruilibus operibus remotas manus habendas esse, præterquàm siqua necessitas vrgeat de nostra, siue Nostri Vicarij generalis licentia, quò liberiùs pietatem, & religionem colentes, propriæ quisq; salutis negotijs occupetur.

Vrban. VIII. in const incip. Vniuersa.

2 Mercatus, qui singulis hebdomadis fieri solent, si in diem aliquem festum incidant, antecedente habeantur. Officinæ, & apothecæ artificum, & mercatorum diebus festis teneantur clausæ, vel saltem ità, vt merces prætereuntibus non sint expositæ; penitùs verò claudantur pro horis prædicationis in Quadragesima, & Aduentù, ac

Sacr. congreg. Episcoporum. 1614 salerno. 20. Iun. 20.

tem-

tempore, quo ante eas Processiones transibunt iuxtà laudabilem consuetudinem hactenùs obseruatam.

3. Agasones, Baiuli, aliæque cuiusuis generis personæ diebus festis, neque sarcinas componant, nec cum illis vltrò, citròque commeent; neque iumenta onerent, nec iter cum oneribus huiusmodi suscipiant, sub pœna scutorum decem locis pijs applicandorum: susceptum anteà, aliunde venientes, post Missæ sacrificium prosequi possint.

4 Mimos, histriones, circulatores, & alios quæstus huiusmodi facientes suas artes diebus festis exercere, resque venales exponere ante diuina officia, & sine nostra, vel nostri Vicarij generalis licentia omninò prohibemus:

Dies Festi obseruandi.

Ianuarij	1. Circuncisionis Domini Nostri Iesù Christi.
	6. Epiphaniæ eiusdem.
Februarij	2. Purificationis Beatæ Mariæ Virginis.
	24. Sancti Matthiæ Apostoli, & 25. anno bissextili.
Martij	14. Sancti Iosephi Confessoris.
	25. Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis.

Maij

Maij	1. Sanctorum Philippi, & Iacobi Apostolorum.
	3. Inuentionis S. Crucis.
Iunij	24 Natiuitatis sancti Ioannis Baptistę.
	29. Sanctorum Petri, & Pauli Apostolorum.
Iulij	25. Sancti Iacobi Apostoli.
	26. Sanctæ Annæ Matris Beatæ Mariæ Virginis.
Augusti	10. Sancti Laurentij Martyris.
	11. Sancti Rufini Patroni Ciuitatis.
	15. Assumptionis B. Mariæ Virginis.
	25. Sancti Bartholomæi Apostoli.
Septembris	8. Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis.
	21. Sancti Matthæi Apostoli.
	29. Dedicationis sancti Michaelis Archangeli.
Octobris	4. Sancti Francisci Confessoris Ciuitatis Patroni, in Ciuitate, & districtû auctoritate Summi Pontificis, vt ex decreto post præsentes constitutiones.
	28. Sanctorum Simonis, & Iudæ Apostolorum.
Nouembris	1. Omnium Sanctorum.
	30. Sancti Andreæ Apostoli.
Decembris	21. Sancti Thomæ Apostoli.
	25. Natiuitatis Domini Nostri Iesû Christi.

San-

26. Sancti Stephani Prothomartyris.
27. Sancti Ioannis Apostoli, & Euangelistæ.
28. Sanctorum Innocentium.
31. Sancti Siluestri Papæ, & Confessoris.

Prætereà festa Sanctorum Patronorum locorum Diœcesis in ipsis locis.

Dominicæ omnes per annum.

Paschatis Resurrectionis Domini Nostri Iesù Christi cum duobus sequentibus diebus.

Ascensionis Eiusdem.

Pentecostes cum duobus sequentibus diebus.

Corporis Christi.



TITVLVS VII.

De Sacramentis in genere.

1 
VM Ecclesia Dei nihil in se venerabiliùs, nihil excellentiùs habeat septem Sacramentis nouæ legis ad salutem humani generis à Christo Domino misericorditer institutis, quibus per signa visibilia inuisibiles Christiano Populo gratiæ propitiantur, vt materia tàm sancta, tàmque nobilis, qua decet cum sanctitate, atque decore tractetur, dent operam sedulam Parochi, cœterique, quibus animarum est cura commissa, vt ritus omnes, ac cæremonias hùc pertinentes perfectè calleant, quoque id facilius fiat, Rituale Romanum iussù sanctæ memoriæ Pauli V. editum penes se habere teneantur: aliter enim pro tempore, quo eo carebunt, à sui quisque muneris officio suspendetur, mulctamque scutorum decem locis pijs applicandorum incurret.

2 Sacramenta, & sacramentalia administrantes, illa ità custodiant, nequis ad nefaria exercenda, vel ad vsum à sancta Romana Ecclesia reprobatum vti queat; siquis autem id dolo malo permiserit, & multò magis, qui rebus huiusmodi sa-

Cap. contra, Idolorum 26. q. 5. Leo X. const. 7. §. 41.

cris ipse abuti præsumpserit, pœnas sacrorum Canonum, & Apostolicarum constitutionum nouerit se daturum. Quod si per negligentiam tale quid accidisse deprehendetur, arbitrio nostro, prout commissæ culpæ ratio desiderare videbitur, punietur.



TITV-

TITVLVS VIII.

De Sacramento Baptismi.

1 
D euitandos tumultus in solemni aquæ Baptismalis benedictione fieri solita in Sabbato Paschatis, vel Pentecostes, seruetur vsus extrahendi aquam de fonte ante infusionem chrismatis, eamque reponendi in vasculum ibi, vel alibi præparatum, vnde fideles sine strepitu, & debita cùm deuotione, assistente aliquo Sacerdote, possint desumere.

2 Nulla mulier audeat obstetricis munere fungi, nisi ritè, & rectè calleat ea omnia, quæ sunt necessaria ad baptizandum in casu necessitatis, & super eis à Parocho, vel alio per Nos deputato idonea fuerit approbata, sub pœna carceris, & alijs arbitrio nostro.

3 Caueant Parochi hoc Baptismi Sacramentum conferre ijs, qui sunt de aliena Parochia, exceptis tamen casibus necessitatis, nisi de licentia nostra, vel Vicarij nostri, vel Parochi Baptizandi: semper tamen notulam collati Baptismi ad formam Ritualis Romani mittere statim proprio ipsius Baptizati Parocho, inque suo Baptizatorum libro facere teneantur. Ritual. Rom. de formul. de scrib. in lib.

TITVLVS IX.

De Sacramento Confirmationis.

Pontif. Rom. de confirm. & Chrisman. in fronte.

1 
VM plura Nobis ex Pontificalis dispositione sint aduertenda circà administrationem huius Sacramenti, vt eadem perfectissimè adimpleantur, Parochi aliquot diebus ante huiusmodi Sacramenti collationem, & præsertim die Dominico, vel alio præcedenti festo dignitatem, vim, & naturam Sacrosanctæ Confirmationis Populum edoceant, moneantque Patrinos, & Confirmandos de necessarijs ad benè, dignèque accedendum, recipiendumque hoc Sacramentum, vt debita cum reuerentia omnes, & insuper Confirmandi præmissa Sacramentali Confessione accedant.


2 Et, vt feruentior Populi deuotio excitetur, ijdem Parochi tribus diebus ante confirmationem faciendam, orationem quadraginta horarum in Ecclesia, vbi illa erit conferenda, curent instituere.

* * *



TITVLVS X.

De Sacramento Pœnitentiæ.

1 D Sacramentum Pœnitentiæ, quod lapſis poſt Baptiſmum neceſſarium eſt ad ſalutem, piè, legitimèque miniſtrandum ex decreto ſacri Concilij Tridentini nullus Sacerdos Secularis, vel Regularis ſe in audiendis confeſſionibus audeat ingerere; niſi priùs a nobis, vel à Noſtro Vicario generali fuerit præuio examine approbatus; Regulares autem, vltrà examen, litteras etiam ſuorum ſuperiorum exhibere teneantur. Trid. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 15.

2 Confeſſarij ſuperpelliceo, & ſtola induti excipiant in Eccleſijs ad ſedes Confeſſionales fidelium Confeſſiones: non autem mulierum ante ortum, vel poſt occaſum Solis, ſub pœna ſuſpenſionis à confeſſionibus audiendis ipſo facto incurrenda. Ritual. Rom. de Sacr. Pœnit. verſ. ſuperpelliceo Sac. Congreg. Epiſc. 1620. Padoa 21. Iun. 163.

3 Confeſſiones item mulierum non audiantur facie ad faciem; ſed ad crates confeſſionalium, & in vnoquoque confeſsionali de crate prouideatur, ſub pœnis arbitrio noſtro.

4 Vt omnis auaritiæ, & ſimoniæ ſuſpicio procul pellatur Confeſſarij pecunias, aut munera,

etiam

etiam leuissima nullo modo petant, vel ad confessionales sedes recipiant à pœnitentibus, quibus pariter pecuniarias pœnitentias rarò imponant iniunctasq; eorum arbitrio erogandas relinquant.

Ritual. Rom. de Sacr. Pœniten. de ord. ministr. vers. Pœnitentiæ.

5 Adultis, quos culpatè nescire Symbolum fidei, Decalogum, & Orationem Dominicam repererint, beneficium absolutionis, præmissa admonitione, suspendant.

6 Siquando Regulares, cœterique Confessarij accersiti fuerint ad audiendas ægrotorum confessiones, statim, peracto munere, fidem in scriptis mittant, vel oretenùs referant Parocho ægroti de eiusdem excepta confessione, sub pœna suspensionis ab administratione huius Sacramenti ipso facto incurrenda.

Sac Congreg. Episc. 9 Ian. 1601. & 16. Nouem 1602 ac 7. Ian 1617. de mandato Clem VIII. & Paul. V.

7 Nullus demùm confessariorum, tàm sæcularium, quàm Regularium audeat absoluere à casibus Nobis reseruatis, quorum notulam, & Bullæ in Cœna Domini summarium pro maiori obseruantiæ securitate, & pœnitentium commodo per omnes confessiones excipientes in sedibus confessionalibus affigi, & retineri iubemus.

Casus Reseruati.

BLasphemia hæreticalis contra Deum, & Sanctos.

Sortilegia, Diuinationes, Incantationes, Inuocatio-

nes

nes Dæmonum, & Sacrorum abusus.
Homicidium voluntarium.
Suffocatio Puerorum, etiam ex negligentia.
Veneficium.
Procuratio Abortus, & mandatum, consilium, vel auxilium ad eumdem.
Stupratio Virginum cùm violentia.
Copula Carnalis cùm aliqua Bestia.
Item, & quæ fuerit inter masculos, nec non coitus inter fœminas, vel inter masculum, & fœminam contra naturam.
Incestus inter personas spirituali cognatione, nec non inter primo, & secundo consanguinitatis, & affinitatis gradù coniunctas.
Lænocinium, quod perpetratur à parentibus ergà proprias filias.
Scribere, Dictare, vel transmittere litteras, vel memorialia contrà quoscumque falsa continentia, nullo, vel falso nomine supposito.
Inhonestus actus, vel inhonesta verba habita cùm moniali, vel alia intrà clausuram monasterij degente à persona, quæ degat extrà clausuram; item ab huiusmodi persona mitti, seù dari alicui prædictarum scripturam, vel librum inhonesta continentem.
Notarij non exhibentes notulam testamentorum, codicillorum, legatorum, & aliarum quarumcumque vltimarum voluntatum ad fauorem Ecclesiarum, Hospitalium, & alio-

rum

tempore,quo ante eas Procesśiones tranſibunt iuxtà laudabilem conſuetudinem hactenùs obſeruatam.

3 Agaſones, Baiuli, aliæque cuiuſuis generis perſonæ diebus feſtis, neque ſarcinas componant, nec cum illis vltrò, citròque commeent; neque iumenta onerent, nec iter cum oneribus huiuſmodi ſuſcipiant, ſub pœna ſcutorum decem locis pijs applicandorum: ſuſceptum anteà, aliunde venientes, poſt Miſſæ ſacrificium proſequi poſſint.

4 Mimos, hiſtriones, circulatores, & alios quæſtus huiuſmodi facientes ſuas artes diebus feſtis exercere, reſque venales exponere ante diuina officia, & ſine noſtra, vel noſtri Vicarij generalis licentia omninò prohibemus.

Dies Feſti obſeruandi.

Ianuarij	1. Circuncisionis Domini Noſtri Ieſù Chriſti.
	6. Epiphaniæ eiuſdem.
Februarij	2. Purificationis Beatæ Mariæ Virginis.
	24. Sancti Matthiæ Apoſtoli, & 25. anno biſſextili.
Martij	14. Sancti Ioſephi Confeſſoris.
	25. Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis.

Maij

Maij 1. Sanctorum Philippi,& Iacobi Apostolorum.
3. Inuentionis S. Crucis.
Iunij 24 Natiuitatis sancti Ioannis Baptistę.
29. Sanctorum Petri, & Pauli Apostolorum.
Iulij 25. Sancti Iacobi Apostoli.
26. Sanctæ Annæ Matris Beatæ Mariæ Virginis.
Augusti 10. Sancti Laurentij Martyris.
11. Sancti Rufini Patroni Ciuitatis.
15. Assumptionis B. Mariæ Virginis.
25. Sancti Bartholomæi Apostoli.
Septembris 8. Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis.
21. Sancti Matthæi Apostoli.
29 Dedicationis sancti Michaelis Archangeli.
Octobris 4. Sancti Francisci Confessoris Ciuitatis Patroni, in Ciuitate, & districtû auctoritate Summi Pontificis, vt ex decreto post præsentes constitutiones.
28. Sanctorum Simonis, & Iudæ Apostolorum.
Nouembris 1. Omnium Sanctorum.
30. Sancti Andreæ Apostoli.
Decembris 21. Sancti Thomæ Apostoli.
25. Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi.

San-

26. Sancti Stephani Prothomartyris.
27. Sancti Ioannis Apostoli, & Euangelistæ.
28. Sanctorum Innocentium.
31. Sancti Siluestri Papæ, & Confessoris.

Prætereà festa Sanctorum Patronorum locorum Diœcesis in ipsis locis.

Dominicæ omnes per annum.

Paschatis Resurrectionis Domini Nostri Iesù Christi cum duobus sequentibus diebus.

Ascensionis Eiusdem.

Pentecostes cum duobus sequentibus diebus.

Corporis Christi.



TI-

TITVLVS VII.

De Sacramentis in genere.

1 
CVM Ecclesia Dei nihil in se venerabiliùs, nihil excellentiùs habeat septem Sacramentis nouæ legis ad salutem humani generis à Christo Domino misericorditer institutis, quibus per signa visibilia inuisibiles Christiano Populo gratiæ propitiantur, vt materia tàm sancta, tàmque nobilis, qua decet cum sanctitate, atque decore tractetur, dent operam sedulam Parochi, cæterique, quibus animarum est cura commissa, vt ritus omnes, ac cæremonias hùc pertinentes perfectè calleant, quoque id facilius fiat, Rituale Romanum iussù sanctæ memoriæ Pauli V. editum penes se habere teneantur: aliter enim pro tempore, quo eo carebunt, à sui quisque muneris officio suspendetur, mulctamque scutorum decem locis pijs applicandorum incurret.

2 Sacramenta, & sacramentalia administrantes, illa ità custodiant, nequis ad nefaria exercenda, vel ad vsum à sancta Romana Ecclesia reprobatum vti queat; siquis autem id dolo malo permiserit, & multò magis, qui rebus huiusmodi sa-

Cap. contra Idolorum 26. q. 5. Leo X. const. 7, §. 41. cris ipse abuti præsumpserit, pœnas sacrorum Canonum, & Apostolicarum constitutionum nouerit se daturum. Quod si per negligentiam tale quid accidisse deprehendetur, arbitrio nostro, prout commissæ culpæ ratio desiderare videbitur, punietur.



TITV-

TITVLVS VIII.

De Sacramento Baptismi.

1 D euitandos tumultus in solemni aquæ Baptismalis benedictione fieri solita in Sabbato Paschatis, vel Pentecostes, seruetur vsus extrahendi aquam de fonte ante infusionem chrismatis, eamque reponendi in vasculum ibi, vel alibi præparatum, vnde fideles sine strepitu, & debita cùm deuotione, assistente aliquo Sacerdote, possint desumere.


2 Nulla mulier audeat obstetricis munere fungi, nisi ritè, & rectè calleat ea omnia, quæ sunt necessaria ad baptizandum in casù necessitatis, & super eis à Parocho, vel alio per Nos deputato idonea fuerit approbata, sub pœna carceris, & alijs arbitrio nostro.

3 Caueant Parochi hoc Baptismi Sacramentum conferre ijs, qui sunt de aliena Parochia, exceptis tamen casibus necessitatis, nisi de licentia nostra, vel Vicarij nostri, vel Parochi Baptizandi: semper tamen notulam collati Baptismi ad formam Ritualis Romani mittere statim proprio ipsius Baptizati Parocho, inque suo Baptizatorum libro facere teneantur. Ritual. Rom. de formul. de scrib. in lib.

TITVLVS IX.

De Sacramento Confirmationis.

Pontif. Rom. de confirm. & Chrisman, in fronte.

1 
CVM plura Nobis ex Pontificalis dispositione sint aduertenda circà administrationem huius Sacramenti, vt eadem perfectissimè adimpleantur, Parochi aliquot diebus ante huiusmodi Sacramenti collationem, & præsertim die Dominico, vel alio præcedenti festo dignitatem, vim, & naturam Sacrosanctæ Confirmationis Populum edoceant, moneantque Patrinos, & Confirmandos de necessarijs ad benè, dignèque accedendum, recipiendumque hoc Sacramentum, vt debita cum reuerentia omnes, & insuper Confirmandi præmissa Sacramentali Confessione accedant.

2 Et, vt feruentior Populi deuotio excitetur, ijdem Parochi tribus diebus ante confirmationem faciendam, orationem quadraginta horarum in Ecclesia, vbi illa erit conferenda, curent instituere.

* * *



TITVLVS X.

De Sacramento Pœnitentiæ.

1 D Sacramentum Pœnitentiæ, quod lapsis post Baptismum necessarium est ad salutem, piè, legitimèque ministrandum ex decreto sacri Concilij Tridentini nullus Sacerdos Secularis, vel Regularis se in audiendis confessionibus audeat ingerere; nisi priùs a nobis, vel à Nostro Vicario generali fuerit præuio examine approbatus; Regulares autem, vltrà examen, litteras etiam suorum superiorum exhibere teneantur.

Trid. sess. 23. de reformat. cap. 15.

2 Confessarij superpelliceo, & stola induti excipiant in Ecclesijs ad sedes Confessionales fidelium Confessiones: non autem mulierum ante ortum, vel post occasum Solis, sub pœna suspensionis à confessionibus audiendis ipso facto incurrenda.

Ritual. Rom. de Sacr. Pœnit. vers. superpelliceo. Sac. Congreg. Epis. 1620. Padoa 21. Iun. 163.

3 Confessiones item mulierum non audiantur facie ad faciem; sed ad crates confessionalium, & in vnoquoque confessionali de crate prouideatur, sub pœnis arbitrio nostro.

4 Vt omnis auaritiæ, & simoniæ suspicio procul pellatur Confessarij pecunias, aut munera,

etiam

etiam leuissima nullo modo petant, vel ad confessionales sedes recipiant à pœnitentibus, quibus pariter pecuniarias pœnitentias raro imponant iniunctasq; eorum arbitrio erogandas relinquant.

Ritual. Rom. de Sacr. Pœniten. de ord. ministr. vers. Pœnitentiæ.

5 Adultis, quos culpatè nescire Symbolum fidei, Decalogum, & Orationem Dominicam repererint, beneficium absolutionis, præmissa admonitione, suspendant.

6 Siquando Regulares, cœterique Confessarij accersiti fuerint ad audiendas ægrotorum confessiones, statim, peracto munere, fidem in scriptis mittant, vel oretenùs referant Parocho ægroti de eiusdem excepta confessione, sub pœna suspensionis ab administratione huius Sacramenti ipso facto incurrenda.

Sac Congreg. Episc. 9 Ian. 1601. & 26. Nouem 1602 ac 7. Ian 1617. de mandato Clem VIII. & Paul. V.

7 Nullus demùm confessariorum, tàm sæcularium, quàm Regularium audeat absoluere à casibus Nobis reseruatis, quorum notulam, & Bullæ in Cœna Domini summarium pro maiori obseruantiæ securitate, & pœnitentium commodo per omnes confessiones excipientes in sedibus confessionalibus affigi, & retineri iubemus.

Casus Reseruati.

Blasphemia hæreticalis contra Deum, & Sanctos.

Sortilegia, Diuinationes, Incantationes, Inuocationes

nes Dæmonum, & Sacrorum abusus.
Homicidium voluntarium.
Suffocatio Puerorum, etiam ex negligentia.
Veneficium.
Procuratio Abortus, & mandatum, consilium, vel auxilium ad eumdem.
Stupratio Virginum cùm violentia.
Copula Carnalis cùm aliqua Bestia.
Item, & quæ fuerit inter masculos, nec non coitus inter fœminas, vel inter masculum, & fœminam contra naturam.
Incestus inter personas spirituali cognatione, nec non inter primo, & secundo consanguinitatis, & affinitatis gradù coniunctas.
Lænocinium, quod perpetratur à parentibus ergà proprias filias.
Scribere, Dictare, vel transmittere litteras, vel memorialia contrà quoscumque falsa continentia, nullo, vel falso nomine supposito.
Inhonestus actus, vel inhonesta verba habita cùm moniali, vel alia intrà clausuram monasterij degente à persona, quæ degat extrà clausuram; item ab huiusmodi persona mitti, seù dari alicui prædictarum scripturam, vel librum inhonesta continentem.
Notarij non exhibentes notulam testamentorum, codicillorum, legatorum, & aliarum quarumcumque vltimarum voluntatum ad fauorem Ecclesiarum, Hospitalium, & alio-

rum

rum Piorum locorum quomodòlibet factarum, & per eos rogatarum post mensem à die sequutæ mortis Testatoris inchoandum iuxtà formam harum constitutionum synodalium, non absoluantur.



TITVLVS XI.

De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.

1 
ACROSANCTVM Eucharistiæ Sacramentum, quod vnusquisque semel in anno tempore Paschali in propria Parochiali Ecclesia sumere debet, alibi sumendi licentiam concedi per Parochos prohibemus, reseruata Nobis, vel Vicario Nostro impertiendi facultate; &, vt ij, qui huiusmodi præceptum singulis annis adimpleuerint, dignoscantur, & contumaces, inobedientesque debitis pœnis feriantur, Parochi, & alij curam animarum habentes per se, vel Concionatorem tribus diebus Dominicis moneant Populum de Ecclesiæ præcepto Confessionis semel in anno, & Communicationis in Paschate faciendæ, statimque huius Sacramenti refectione in Paschate sequuta, Clericus ad id eligendus communicatos describat, vel singulis eorum schedulam aliquo particulari signo notatam, & post Dominicam in Albis exigendam tradat.

Cap. omnis vtriusq; sexus de Pœnit. & Remiss.

2 Post hæc autem Parochus intrà quatuor dies post Dominicam Pentecostes immediatè sequentes referat nostræ Curiæ Cancellario præfa-

tam monitionem, vt ſupra factam eſſe, & eorum nomina, qui ſibi quoquo modo non communicaſſe innotuerint; ſiquidem inobedientes ſuppreſſo nomine citentur, in Ciuitate ad valuas Eccleſiæ ſancti Rufini, extrà Ciuitatem ad valuas propriæ Parochiæ in termino præfigendo, quare declarari non debeant interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, qui ſi adhùc extiterint contumaces, expreſſis eorum nominibus declarentur interdicti.

De omnis de Pœnit. & Remiſſ.

3 Studeant Parochi Societatem ſanctiſſimi Corporis Chriſti inſtituere in villis, & caſtris, vbi adhùc inſtituta non eſt, & in illa inſtituta ſorte extrahantur duo confratres alternis vicibus in ſingulos menſes, qui hoc Sacramentum ad infirmos aſſocient, & alia de more pietatis exequantur.

4 Reis ad mortem pro quouis crimine damnatis, ſi peccatorum ſuorum confeſſionem fœcerint, & publicæ offenſioni, prout de iure, Noſtro arbitrio ſatisfœcerint, Parochos communionem offerre, & miniſtrare reſpectiuè volumus, expreſſè præcipientes Iudicibus, cæteriſque iuſtitiæ miniſtris, alijſque, ad quos ſpectat, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, nè illis confeſſionis, & ſumptionis Euchariſtiæ neceſſarium, & opportunum tempus denegetur, nec aliquod eis impedimentum præſtetur, quominùs volentes hoc Sacramentum recipiant.

Cap. quæſitū 13. quæſt. 2. Sacra Epiſc. Cong. 1590. Piacenza 26. Iun. 171.

TITVLVS XII.

De Sacramento Ordinis.

1 LTRA ea, quæ de Sacramento Ordinis a ſacris Canonibus, & Concilijs, præſertim Tridentino ſunt conſtituta, viſum eſt etiam Nobis aliqua ad memoriam Ordinandorum reducere, & reſpectiuè decernere. Quotieſcumque igitur non Diœceſanus petierit ordinari, litteras dimiſſorias Epiſcopi ſui exhibere teneatur; quæ, ſi ſex menſibus fuerint vetuſtiores, non admittentur.

Trid. de Refor. ſeſſ. 23 c. 4. 5. 6 7. 11. & ſeque.

2 Quià in inſtrumentis donationum, quæ fieri ſolent ordinandis ad titulum Patrimonij, fraudes aliquandò, & ſimulationes interuenire compertum eſt, mandamus per Parochum ordinandi inter miſſarum ſolemnia tribus diebus feſtis denunciari Populo Patrimonium, vt reuelent, qui fraudes norunt, & an donationes huiuſmodi ſint veræ, & bona ſic donata ſint libera, vel hypothecæ, aut aliàs reſtitutioni obnoxia.

Trid. ſeſſ. 21. c. 2. de Refor.

3 Inſtrumenta harum donationum non admittantur; niſi per acta noſtri Cancellarij conſtet ex depoſitionibus duorum teſtium fide dignorum

cum iuramento, quod bona in titulum assignata donantis sint, & ab eo pacificè possideantur, & ex ijs singulis annis percipiatur fructus saltem scutorum viginti quinque.

4 Item quod donans bona in titulum donata nemini obligata, & hypotecata esse iurauerit, & Clericus donatarius pariter se bona prædicta, neque donanti retrocessurum, neque alteri alienaturum sine nostra licentia iuramento spoponderit: & tàm donans, quàm donatarius prædicti nullam fraudem, aut deceptionem intercessisse, quò minùs illa donatio vera, & realis, liberaque, & absque vlla pactione sit, iuramento affirmauerit.


5 Prætereà probent, qui ordinandi sunt sub titulo propriorum bonorum per annum integrum bona prædicta pacificè possedisse, & ex illis fructus percæpisse.

6 Clericis verò alienæ Diœcesis satis erit, quò ad hoc, attendere in litteris dimissorijs fidem sui ordinarij, attestantis sibi constare de eorum sufficienti, & congruo Patrimonio. Postquàm autem ad titulum patrimonij fuerint ordinati, ad ordinem Sacerdotij non admittantur; nisi fidem exhibeant, se fructus illius percepisse, & percipere, & prædictum titulum pacificè possedisse, & possidere.

7 Promoti denique omnes quicumque ad sacrum Presbyteratus ordinem non audeant missam

cele-

celebrare primò; nisi obtenta speciali licentia à Nobis, vel Nostrō Vicario generali, quæ non concedetur, nisi per fidem magistri cæremoniarum Cathedralis constet eum satis esse peritum in sacris ritibus ad Missæ celebrationem iuxtà Rubricas Missalis Romani adhibendis.



TI-

TITVLVS XIII.

De Sacramento Matrimonij.

1 T Sacramentum Matrimonij ritè, & validè peragatur, meminerint Parochi eorum, quæ à sacro Concilio Tridentino sunt premonita, & ordinata: prætereà matrimonium extrà Ecclesiam non celebretur, nisi ex causa à Nobis, vel à nostro Vicario generali in scripis approbanda,& cùm licentia gratis concedenda.

Trid. sess. 24. cap. 1. de Refor. matrim.

2 Siquandò contrahere volentes matrimonium, aut alter eorum fuerit exterus, aut aliàs matrimonium contraxerit, ad hoc, vt plenè constet de eorum statù libero,ad exactissimam praxim reducantur, quæ præscribuntur in litteris, & instructione àSacra Congregatione Supremæ Inquisitionis post præsentes Constitutiones impressis.

3 Quoties tempore denuntiationum, vel posteà, ante tamen contractum matrimonium, aliquod impedimentum proponetur, quàmuis falsum, & dolosum; Parochi tamen re ad Nos, vel Vicarium Nostrum generalem delata, nihil aliud innouare præsumant sine nostra, vel Vicarij licentia

tia sub pœna arbitrio nostro irroganda.

4 Vt peccandi pericula caueantur, quæ oriri solent ex nimia sponsorum per verba de futuro inter se conuersatione, sub pœnis arbitrio Nostro districtè præcipimus, & mandamus, ne sponsi prædicti ante matrimonium contractum per verba de præsenti sine Nostra, vel Vicarij nostri generalis licentia conuersentur inter se vltrà tres vices, quibus quidem vicibus conuersari permittimus; duobus tamen consanguineis, vel affinibus alterutrius sponsi præsentibus, & habita priùs licentia Parochi.

5 Volentes contrahere matrimonium diligenter, & in primis examinentur a Parochis, an sciant rudimenta fidei necessaria ad salutem, & siquos repererint ignorare, Nobis referant, & interim nihil innouetur sine nostra, vel antedicti Vicarij licentia.



TI-

TITVLVS XIV.

De Sacramento Extremæ Vnctionis.

1 VNCTIONIS extremæ Sacramentum, quod infirmis adhùc ſenſibus integris vtentibus fructuoſiùs miniſtratur, quandocumque, etiam quauis noctis hora Parochi, & cœteri, quibus animarum cura commiſſa eſt, præbere non differant ſub pœnis arbitrio noſtro infligendis ijs, quorum culpa, & negligentia, aliquem fidelem abſque hoc ſalutari Sacramento ex hac vita migraſſe, compertum erit.

2 Singuli verò Parochi, tàm Ciuitatis, quàm Diœceſis Sacrum Oleum à Miniſtro Eccleſiæ Cathedralis, & non ab alijs omninò accipiant ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis ipſo facto incurrenda, & alijs arbitrio noſtro infligendis.



TI-

TITVLVS XV.

De Sepulturis.



ORPORA fidelium Defunctorum non sepeliantur; nisi post viginti horas ab animæ exhalatione: eorum autem, qui repentina morte sublati fuerunt, non nisi post viginti quatuor: vbi verò fœtoris, vel contagij, aut alia legitima causa essent citiùs sepelienda, id nullo modo fiat sine peritorum iudicio, & Nostra, vel nostri Vicarij generalis in Ciuitate, & foranei, seù Parochi in Diœcesi licentia. Rit. Rom. de exequijs vers. nullũ corpus,

2 Noua sepulchra in Ecclesijs nostræ Ciuitatis, ac Diœcesis absque Nostra, vel nostri Vicarij licentia fieri prohibemus, & ea etiam concessa, propè Altaria; nisi distent ab Altarium scabello sex palmis ad minùs, nec supra Ecclesiæ pauimentum, vllo modo fiant.

3 Pro sepulturis, in quibus tumulantur defuncti, aliquid à Parochis, tàm Ciuitatis, quàm Diœcesis non exigatur; nisi in casibus à iure permissis; siquis verò aliquid percipere ausus fuerit, pœnam arbitrio nostro nouerit se daturum.

4 Distributiones candelarum, quæ fiunt ex-

trà Ciuitatem occasione delationis cadauerum in Ecclesia sepeliendorum; non nisi à duobus viris per eiusdem Ecclesiæ Rectorem deputandis de cœterò fieri possint.

5 Meminerint omninò Parochi ad præscriptam formam in Rituali Romano describere, & annotare, non solùm defunctos in sua parochia tumulatos; sed etiam suæ parochiæ fideles alibi, in aliena parochia sepultos, sub arbitrarijs pœnis.

Ritual. Rom. de for. describ. in lib.



TI-

TITVLVS XVI.

De Sacrosanctis Ecclesijs.

1 VM opus ædificandæ domus Dei grauissimum ferè omnium sit, quæ in manus hominum cadere queant, adeoque non temerè quidem illud, sed cogitatè omninò, & circumspectè tractandum, nemini ius esse volumus, id, quod etiam à sacris Canonibus cautum est, Ecclesiam qualemcumque construendam suscipere sine nostra licentia in scriptis, quæ concedetur gratis, & præuio diligenti examine, an omnia, quæ recta Diuini cultus ratio desiderat, habeantur. Cap. nemo. 9 de consecrat. dist. 1. c. ad hæc 4 de Relig. domibus.

2 Mensas ad quæstum positas intrà Ecclesias, aliaque venalia retineri, & circumferri, etiam ad vsum sacrificij, vel populi deuotionem: Vigilias nocturnas mulierum, excepto tempore portiunculæ: Corporis delicti iudicialem recognitionem, aliosque actus Laicorum ciuiles, vel criminales: Stare, vel sedere verso tergo ad Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum: Adhærere Altaribus, & Fonti Baptismali penitùs prohibemus, prout etiam corpora exhumari, vel aliò transferri sine nostra, vel nostri Vicarij generalis licentia.

Sacr. congreg. Episc. 1604. Macerata 12. Ian. 6. & 1646 27. Iul. 8.

3 Propè verò Ecclesias, vel ante meretricum, & lenonum domicilia nè habeantur; nec pilæ ludus, aut alia quæuis actio diuina officia solita perturbare, vel impedire aliquo modo fiant.

4 Ex eadem ratione, nè perturbentur fideles diuinis rebus vacantes; nenè distrahantur, prohibemus mimos, Histriones, circulatores, & alios quoscumque talis professionis homines, & fæminas, circulos, & nugas facere, seù canere, & quouis modo suas artes exercere propè Ecclesias, dùm Diuina peraguntur officia: choreas verò, & saltationes publicas, aliasque prophanas actiones, & vana spectacula nullo modo propè easdem Ecclesias, maximè monialium quocumque anni tempore fieri liceat, sub pœna excommunicationis, ac alijs arbitrio Nostro irremissibiliter infligendis.

* * *



TITVLVS XVII.

De Bonis Ecclesiæ non alienandis:

1 CCLESIARVM, & aliorum Piorum locorum bona, quæ verum Christi Domini, & pauperum eius patrimonium esse censentur, alienari, aut distrahi, tùm antiqua sacrorum Canonum disciplina, tùm nouissima sacri Concilij Tridentini dispositione omninò prohibentur, seuerisimis censurarum, & alijs pœnis aduersùs inobedientes comparatis. Aduertant igitur personæ omnes Ecclesiasticæ, etiam Regulares huiusmodi prohibitionis obseruantiam, & vbi primùm nouerint aliqua bona, & iura Ecclesiæ alienata fuisse contrà formam sacrorum Canonum, eadem pro Ecclesijs, & locis pijs, quarum curam, beneficia, vel administrationem obtinent, pro viribus recuperare conentur, Nosque de facta alienatione non differant facere certiores.

Extrauag. Ambitiosæ de rebus Eccl. non alienan. Trid sess. 22. cap. 11. & sess. 25. cap. 11. de reform.

2 Ac nè prædia quidem, vel alia quæuis bona in emphiteusym concedi solita, postquàm ad Ecclesiam reuersa sunt, quamuis nondùm incorporata, locari denuò queant; nisi priùs coram Nobis locator docuerit per ostensionem iurium rem esse

Sac. congreg. Episc. 1597. Genoua 12. Fer. 13.

esse in eo statù, vt id posſit iure fieri, & licentiam à Nobis in scriptis obtinuerit.

3 Arbores prætereà fructuosas in Ecclesiasticis prædijs nemini cædere, aut euellere liceat, sub pena, vltrà damni refectionem, arbitrio nostro reseruata.

4 Pro maiori bonorum, & iurium Ecclesiarum, piorumque locorum incolumitate, mandamus etiam omnibus, & singulis Ecclesiastica beneficia posſidentibus, eorumdemque piorum locorum officialibus, & administratoribus, vt infrà duos menses à præsentis Synodi publicatione inchoandos inuentarium faciant omnium, & singulorum bonorum, & iurium suarum Ecclesiarum, & piorum locorum sub inferiùs posita formula, & obseruatione, ac sub rogitù Nostri Cancellarij cùm interuentù duorum proborum virorum peritiam, & notitiam bonorum habentium: cuius quidem inuentarij originale intrà dictum terminum in Cancellaria, seù Archiuio Ecclesiæ, seù loci pij exemplum, siuè transumptum dimittatur.

Cap manifesta 20. cum seq. 2. quæst. 1.

5 Sùccesſiuis autem temporibus, & quandòcumque, nouus beneficiorum possessor, & Ecclesiarum, atque piorum locorum officialis, vel administrator extiterit, idem inuentarium conficere debeat, in quo insuper adnotabit, & recognoscet, an per antecessores fuerit aliquid in priori inuentario alteratum, laceratum, vel de eo quid

piam

piam alienatum, consumptum, seù etiam bonificatum, & melioratum, illudque in Cancellaria dimittere, & penes Ecclesias, & loca pia transumptum conseruare teneatur. Cancellarius verò pro rogitù præfatorum inuentariorum aliquid petere, vel exigere omninò prohibemus, sub pœnis nostro arbitrio.

6 Hæredes Beneficiarij defuncti Bullas, aut scripturas quascumque ad beneficium, & Ecclesiam pertinentes, vel saltem illarum copias successori in Beneficio, vel Ecclesia tradant, qui in dicto inuentario describi facere, & in Archiuio reponere teneatur.

7 Prohibemus insuper per eosdem hæredes quidquam hæreditatis Rectorum defunctorum amoueri, vel aliò asportari, nisi habita priùs licentia in scriptis à Nobis, vel nostro Vicario generali, sub pœna scutorum quinquaginta locis pijs applicandorum; &, ne de prædictis possint hæredes prætendere, aut allegare ignorantiam, mandamus per viciniorem Curatum, statim sequuta morte, eis notificari præsens decretum, sub pœnis arbitrio nostro, si Curatus negligens fuerit, infligendis.

For-

Formula, & instructio pro confectione Inuentarij.

IN Dei nomine Amen. Hoc est inuentarium omnium & singulorum bonorum, stabilium, & se mouentium, fructuum, reddituum, iurium & actionum Ecclesiæ N. (Exprimatur hic nomen, & titulus Ecclesiæ, & an illa sit simplex, vel Parochialis, & situs illius.) factum sub die . . . mensis . . . . . præsentis anni . . . per R. D. Rectorem dictæ Ecclesiæ N. meque notarium publicum, & Cancellarium infrascriptum, cùm præsentia, & interuentù D.D. N. & N. de infrascriptis omnibus, & singulis notitiam habentibus, prout tactis &c. iurarunt.

1°. Loco describatur, vt suprà, Ecclesia sub hac forma. Ecclesia prædicta N. posita est &c. Et hic describatur locus Ecclesiæ cùm suis confinibus, siuè sit Vrbana, siuè Rustica, vel diruta.

2°. Adnotentur Altaria in ea existentia, & illorum denominationes, & ornatus, tàm picturarum, quàm pauimentorum cùm expressione, an illa sint dotata, & in titulum conferantur.

3°. Omnia mobilia, & suppellectilia dictæ Ecclesiæ hoc ordine. Primò describatur Tabernaculum, in quo Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum asseruatur, & omnia ad illius vsum, & ornamentum spectantia. Secundò, Fons Baptis-

malis, si ibi est, cùm omnibus alijs ad illius vsum & ornamentum inseruientibus. Tertiò: Sanctorum Oleorum vasa, & eorum qualitates, locus, & ornatus. Quartò, Numerus Campanarum cùm expressione earum magnitudinis. Quintò; Cruces, Imagines, Calices, cum expressione illorum qualitatis, an scilicèt sint ex argento, vel alia materia, ac etiam ponderis, si fieri potest; nec non Planetæ, Pluuialia, Dalmaticæ, Tunicellæ, Indumenta linea, & cœtera ad apparatum, & ornatum Altarium pertinentia, & pro celebratione Missæ necessaria cùm expressione qualitatis, & coloris vniuscuiusque rei, & an sint noua, vel vetera, & omnia alia suppellectilia, vbicumque existentia cuiusuis qualitatis, & speciei.

4°. Omnia bona stabilia hoc ordine. Primò, Describantur domus cùm suis confinibus, & expressione situationis, an sint contiguæ Ecclesiæ, numerus stantiarum, seù mansionum distinctè, & an Rector illas inhabitet, vel locentur ad pensionem, cui, & pro quanta pensione. Secundò, Prædia Ecclesiæ, & vnumquodque pætium terræ distinctè cùm expressione territorij, contratæ, confinium, mensuræ, & qualitatis; an sit aratiuum, sodiuum, arboratum, vel aliud simile, exprimendo fructus, & redditus singulorum prædiorum, & pætiorum terræ. Tertiò, omnia bona emphyteotica cùm expressione Canonis, seù responsionis, & temporis solutionis, ac eius, quo lo-

cata fuerunt, nominis etiam Rectoris, tunc locantis, & notarij de huiusmodi locatione rogati, qualitates, & quantitates singulorum pætiorum terræ in emphyteusim concessorum, ac domorum emphyteoticarum specificando. Quartò, Census, & omne aliud ius Ecclesiæ, & an habeat ius exigendi decimas, in qua quantitate, à quibus, & qua ratione.

5°. Describantur bona illegitimè alienata, à quo detineantur, quo ex tempore permutata, vel alias quomodòlibet alienata fuerunt, an super illorum recuperatione lis pendeat, coram quo iudice, & notario, cùm expresione status litis.

6°. Adnotentur onera Ecclesiæ, & an Rector aliquid soluat, cui, qua de causa, & an sit pensione grauatus, ad quam summam annuatim ascendant eius beneficij fructus certi, & ad quam incerti; quibus ritè & rectè dispositis, & expressis, inuentarium in forma solita, & consueta per eumdem Cancellarium nostrum Episcopalem publicetur.



TI-

TITVLVS XVIII.

De Vita, & honestate Clericorum.

1 
VONIAM per decentiam habitus, & ordinis dignitas, & morum honestas demonstratur, meminerint Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi, omnesque Clerici Beneficiati, vel pensiones obtinentes cuiuscumque gradus dignitais, & conditionis fuerint, iuxtà formam Bullæ felicis recordationis Sixti V. tàm in Ecclesia, quàm extrà assiduè vti veste talari, & in choro, ac processionibus, cœterisque functionibus Ecclesiasticis bireto, & alijs Ecclesiæ indumentis. Ab illicitis insuper venationibus, aucupijs, choreis, tabernis, & commessationibus abstinere, sub indictis à dicta sacra Constitutione, sacris Canonibus, Concilio Tridentino, alijsque pœnis arbitrio nostro infligendis; Lusus alearum, & taxillorum, in locis publicis prohibemus sub pœna suspensionis à Diuinis, & in priuatis scutorum viginti quinque locis pijs applicandorum.

Six. V. const. 92 incip. cum Sacrosan.

Clem quoniã de vita & ho. nest Cler. Trid. sess. 14. c. 6 & sess. 22. cap 1. de reformat.

2 Beneficiatis, & in sacris constitutis Clericis prohibemus famulari communitatibus, & laicis in eorum domibus; multoque minùs fœminis absq;

Sac. Congreg. Episc. 1603. Cirenza 7. Iun. 4.
S. Rit. Cong. in decreto nouiter impresso in princ. Miss. Rom.

nostra, vel nostri Vicarij generalis licentia. Anulos in digito nè ferant, præsertim in celebratione Missarum, in qua pariter pileolo non vtantur iuxtà decreta Sacræ Congregationis Sacrorum Rituum: comam nè nutriant, & barbam honestè tondeant in parte superiori, nè sumptio Dominici sanguinis impediatur. Arma cuiusuis generis sine nostra, vel nostri Vicarij generalis licentia nè deferant.

3 Æstiuo tempore, post pulsatam primam noctis horam, & hyemali, post secundam nemo Clericorum incedat sine lumine absque rationabili causa: Personati non eant; choreis, saltationibus, spectaculis, & comœdijs histrionum, maximè mulierum non intersint. Ad monasteria monialium non accedant, nisi causa legitima existente, & cùm debita licentia à Nobis, vel Vicario nostro generali in Ciuitate; in Diœcesi verò à Vicario foraneo, vel alio per Nos deputato in scriptis, & gratis concedenda, vltrà consensum Regularium Superiorum in monasterijs eorum curæ subiectis. Suspectas mulieres domi nè retineant sub quouis, etiam famulatus, prætextù, & si contingat famulam esse retinendam, sit senescentis ætatis, & nullius suspicionis. Contentiones, rixas, & verba altercantia, vel indecora, aut obscœna inter sese, vel alios, præsertim in Ecclesia, & Sacrario omninò vitent, sub pœnis nostro arbitrio.

TI-

TITVLVS XIX.

De Parocho, & eius officio.

1 PAROCHVS proprium munus agnoſcens Populo ſuæ fidei commiſſo Sacramenta miniſtrare, & in neceſſarijs ad ſalutem conſulere diligentiſsimè ſtudeat; eumdem in doctrina Christiana ſedulò exerceat: Alienæ Eccleſiæ onera, præſertim celebrandarum Miſſarum non ſuſcipiat: Per ſe, ipſum curam gerat, nec alteri ſine noſtra licentia committat: Miſſas, & Diuina officia opportunè celebret. Infirmis omni cùm pietate, omni mora poſtpoſita in ijs, quæ ſui ſunt muneris, opituletur. Sponſos poſt contracta ſponſalia moneat, eis non licere inſimul conuerſari ante celebrationem matrimonij per verba de præſenti. Ipſe autem cùm nulla muliere ſuæ Parochiæ familiariter conuerſetur. Ad ruralis Parochiæ curam extrà ciuitatem conſtitutus, ſi domus eius non longè diſtet ab Eccleſia, ſingulis diebus de manè, & veſpere Salutationis Angelicæ, & ſub noctem pro ſuffragio mortuorum ſignum faciat cùm campana, cùm qua pariter in præcedenti de ſubſequenti ieiunij die populum admoneat, & in

eius

eius munera obeundo rubricas Missalis, & Rituale Romanum obseruare non prætermittat.

2 Speculetur insuper, ac inuestiget, an in sua Parochia ea seruentur, quæ debent obseruari, præsertim, quæ circa festorum dierum cultum, ieiunia, Doctrinam Christianam sunt constituta: inquirat de maleficijs, & superstitionibus, de meretricibus, & concubinis, de blasphemis, de vsurarijs, de lusoribus, & siquid horum inuenerit, referat Nobis, vel nostro Vicario generali.

3 Prouideat etiam sibi Parochus, vltrà libros à Rituali Romano præceptos, de libro, in quo describantur Reliquiæ, quæ sunt in eius Ecclesia, & indulgentiæ eidem concessæ; De libro missarum, quæ ex obligatione sunt celebrandæ, cùm expressione diei, mensis, & anni, ac numeri missarum celebratarum, & satisfactionis quorumcumq; onerum ad suam Ecclesiam spectantium; habeat quoque missam, & officium sancti Rufini, Concilium Tridentinum, Cathechismum Romanum, & has Synodi constitutiones.

Ritual. Rom. de formul. scrib. in princ.

4 In exigendis decimis, quæ debentur Parochis, mandamus per eos inter missarum solemnia fieri trinam monitionem Populo, quatenùs intrà quindecim dies ab vltima monitione computandos soluat decimas, quo termino elapso per Vicarium nostrum vnica citatione relaxetur mandatum.

TI-

TITVLVS XX.

De Congregationibus Sacerdotum.

1 
VONIAM verò imbecillitatis humanæ vitio ità comparatum est, vt nulla satis firmiter in animo nostro hærere scientia possit, cuius præceptis assiduus exercitationis vsus non accesserit, maximèque omnium ad animarum salutem necessaria veritatis doctrina in Sacerdotibus habeatur, cuius ex lumine gressus suos dirigat incedentium in vijs Domini fidelium multitudo, mandamus, vt, id, quod à Nobis alias institutum, & hactenùs laudabiliter est obseruatum, omnes Parochi nostræ Ciuitatis, Cappellani monialium, & reliqui audiendis confessionibus deputati bis mensibus singulis ad signum campanæ, quæ ad id in Ecclesia sanctæ Mariæ Episcopatus post meridiem pulsabitur, in aula nostri Palatij conueniant, ibique coram Nobis, vel Nostro Vicario generali solemnia colloquia, & casus habeant, in quibus de Religione, de moribus, de Christiani hominis officio, rebusque cœteris ad salutem animarum spectantibus diligenter, ac seriò disputetur.

3 Et primo quidem Dei adiutorium conuenien-

uenienti præcatione concilient; deinde quiſque in ſuo loco, & ordine modeſtè, & compoſitè conſidens, appellanti ſe noſtro Cancellario per verbum Adſum, clara, & intelligibili voce reſpondeat; Abſentes autem pœna quinque iuliorum locis Pijs arbitrio noſtro applicandorum omninò, & ſecluſa omni excuſatione mulctentur. Mox Prior Capituli I. V. D., Canonicus Theologus, & Canonicus Pœnitentiarius à Nobis ſpecialiter deputati, & vnuſquiſque eorum dubium ſuum proponat, & ſucceſſiuè ex vrna, in qua nomina eorum, qui debent intereſſe, fuerint immiſſa per Nos, vel per eumdem Vicarium noſtrum tres ad propoſita dubia reſoluenda ſorte extrahantur. Extracti autem ſtantes aperto capite ſigillatim, ac diſtinctè ſuper vnoquoque casù ſententiam ſuam aperiant, & memoriter ſuæ deciſionis referant fundamenta.

3 Quibus auditis, alijſque, ſi quiſint, vt optamus, qui deſuper dicere aliquid velint, Prior, Theologus, & Pœnitentiarius prædicti deciſionem dubij ab vnoquoque eorum propoſiti afferant, & alia tria in ſequenti congregatione diſcutienda proponant. Cancellarius deciſiones caſuum adnotet, & dubia in futura congregatione examinanda deſcribat in libro ad hoc ſpecialiter comparato, actiſque Deo gratijs omnes diſcedant,

4 Aliarum quoq; Eccleſiarum noſtræ Diœceſis Parochi, Rectores, & Sacerdotes audiendis confeſſionibus deputati ſecundum claſſes per Nos iuxtà con-

congruam locorum distantiam designatas, singulis mensibus, ac diebus feriatis dumtaxat vicissim conueniant, similem congregationem habituri per gyrum in vnaquaque Ecclesia Parochiali, in qua, celebratis missis priuatis, maior etiam de Spiritu Sancto, vel pro defunctis cantetur, concioque, si fieri possit, habeatur.

5 A Parochis igitur, & Sacerdotibus singularum clasium in Domino congregatis, quolibet anno mense Ianuario eligatur per secreta suffragia Prior, seù Præfectus Congregationis, cuius erit munus, congregationem indicere, ac locum, & personam, apud quàm haberi debeat congregatio, designare, tractanda proponere, disponere necessaria, & Nos de omnibus facere certiores. Similiter, & Cancellarius eligatur, ad quem spectabit pœcunias pœnarum à transgressoribus exigere, & arbitrio congregationis erogare, ac in fine officij de exactis pecunijs rationem reddere, & pro non exactis de proprio teneatur.

6 Presbyter, cuius in Ecclesiam conuenerint Sacerdotes, benignè illos excipiat, præbeatque ad Missæ celebrationem necessaria, & opportuna; Refectionem quoque exhibeat, in qua non plura, quàm duo fercula cocta apponantur sub pœnis arbitrio nostro: hanc verò mensam præcedat benedictio, spiritualis lectio comitetur, & actio gratiarum compleat.

7 Ergò in Ecclesiam iterum congresis, ac di-

uino præſidio implorato, primo loco Prior, ſecundo Camerarius ſedeant, ac deindè Archipresbyteri, tùm Rectores, ac alij Sacerdotes, & demum Clerici, habita inter æquales in Eccleſiaſtico gradù priùs tantùm ſuſcepti ordinis in præcedendo ratione.


8 Sacerdos intereà, apud quem erit congregatio, quæſtiones ad conſcientiam pertinentes ſibi à Præfecto aſsignatas propoat, afferatque reſolutionem, rationeſque, & auctoritates, quibus in eam ſententiam inducitur, quam amplectitur. Prior indè, & poſt eum reliqui, quibus animarum cura commiſſa eſt, quid ſentiant allatis, expreſsiſque rationibus aperiant, notata per Cancellarium, ſiqua inter eos fuerit, diſcrepantia ſententiarum ad Nos pro tutiori deciſione deferenda.

9 Duo tantùm dubia, & quæſtiones in ſingulis congreſsibus diſcutiantur, ſuper quibus ordine ſuperiùs dicto vnuſquiſque referat memoriter fundamenta, eaque in ſcriptis conſignet Præfecto, qui ea Nobis tranſmittat, vt ſingulorum progreſſus cognoſci poſsit. Siquis autem vellet in medium afferre, vltrà conſuetas quæſtiones, aliquid vlteriùs, Prior, vel magis verſatus ab eo deputandus breuiter propoſita decidat, ac tandem duabus quæſtionibus in ſequenti congregatione habendis denuntiatis cùm gratiarum actione, & nutù Præfecti congregatio dimittatur.

10 Siquis autem curam animarum exercen-

tium

tium in vltimo Chyrie Missæ solemnis non adfuerit, aut imparatus, nec debito præmisso studio accessisse depræhensus fuerit, vel alienæ sententiæ se subscribere tantùm affirmauerit, pœnam iuliorum quinque congregationis arbitrio expendendorum incurrisse statim intelligatur.



TITVLVS XXI.

De Bonis Confraternitatum laicorum, & aliorum Piorum locorum ritè, & rectè conseruandis.

1 ONA Confraternitatum, & aliorum piorum locorum nostræ Ciuitatis, & Diœcesis officialibus earumdem, aut debitoribus locari prohibemus; neque contractus aduersus hanc nostram prohibitionem celebratos vllum iuris robur habere permittimus, sed absque alia declaratione nullos omninò, & inualidos ipso facto censeri statuimus. Imò conductores aliàs ritè effecti, ac debitores huiusmodi ad officialis electionem sint penitùs incapaces; ideòque eorum electio nulla sit, & inualida habeatur.

2 Omnes Confraternitatum, aliorumque piorum locorum Syndici, officiales, siuè alteriùs appellationis ministri teneantur singulis annis, & in fine officij, saltem per duos menses rerum à se communi nomini gestarum exactam, ac diligentem reddere rationem; in Ciuitate quidem coram Vicario nostro generali cùm interuentù duo-

Trid. sess. 22. c. 9. de Refor.

duorum eiuſdem corporis, de cuius adminiſtratione agitur, Deputatorum: in Diœceſi verò cùm duorum ſimilium interuentù coram Vicario foraneo, quatenùs adſit, aliàs coram Parocho: quod ſi elapſis dictis duobus menſibus, exactam, ac veram rationem non reddiderint, intelligantur caſſi de dicta Confraternitate ipſo facto, & vlteriùs incurrant pœnam ſcutorum auri quinquaginta applicandorum, prout inferiùs. Sententia autem ſcribatur in libro, qui nuncupatur, Delle Sentenze, de quo curam gerat Prior pro tempore: libri etiam rationum confecti per Syndicum conſeruentur in Confraternitate ſub clauibus, & quilibet Prior finito officio per inuentarium ſucceſſori conſignet.

3 Inſuper ſtatuimus, quod ſiquis vllo vnquam tempore nouerit in adminiſtrationibus aliquid iniuſtè retentum, ac indebitè occultatum, teneatur ſaltem infrà quinque dies Nobis, vel noſtro Vicario generali denunciare ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda abſque alia declaratione: Reuelantibus verò ſupradicta pœna ſcutorum quinquaginta applicetur.

4 Prohibemus per Syndicos, & ſingulos prædictorum ſine noſtra licentia in ſcriptis obtinenda vllas expenſas præter ordinarias fieri vltrà ſummam ſcutorum trium quolibet anno; declarantes eas haberi expenſas ordinarias, quas Nos in vnoquoque loco Pio approbauerimus; &, vt ex-

penſis

penſis parcatur, quę in acceſsù ad viſenda prædia fieri conſueuerunt, tres tantùm, & non vltrà ad hunc actum accedere mandamus, & ſiquid vltrà prædictam ſummam erogauerint, damno ſuo cedat.

5 Eiſdem prohibemus, frumentum, ordeum, bladum, vinum, oleumque cuiuſcùmque quantitatis abſque Confratrum conſensù vendere ſub pœna ſcutorum vigintiquinque, vltrà intereſſe, locis Pijs applicandorum. Prædicti Syndici aliquas expenſas facere nequeant abſque licentia Prioris in ſcriptis danda, & in redditione rationum exhibenda.

6 Bona ad certum vſum legata ad alios vſus non conuertantur, locationeſque bonorum non fiant, niſi priùs bannimenta prӕceſſerint, & edicta publicè fuerint affixa, ſub pœna nullitatis contractus, & ſcutorum vigintiquinque ab officialibus aliter facientibus ſoluendorum, lociſque pijs applicandorum.

7 Electio officialium, quam vocant Buſſulum, quorumcumq; locorum piorum Ciuitatis fiat omninò cùm interuentù noſtri Vicarij generalis: Aliorum autem locorum Diœceſis cùm interuentù Vicarij foranei, quatenus adſit, aliàs Parochi, ſub pœna nullitatis, ac alijs noſtro arbitrio.

8 Imbuſſolati verò in Buſſolo immediatè præcedenti, in ſubſequenti non imbuſſolentur, niſi per Nos fuerit aliter demandatum.

9 Confratres confraternitatum ſaccis induti

arma

arma cuiusuis generis nè deferant sub pœna cassationis in perpetuum à Confraternitate, & alijs Nobis arbitrarijs pœnis, etiam officialibus id tolerantibus infligendis.

10 Ijdem Confratres tàm Ciuitatis, quàm Diœcesis teneantur associare corpus fratris defuncti ad Ecclesiam sub pœnis arbitrio nostro inffligendis. Deputati verò ad sepelienda corpora fratrum prædefunctorum teneantur hoc munus adimplere sub pœna iuliorum trium pro quolibet, & qualibet vice, & alijs pœnis Nostro arbitrio inferendis; prædictæ verò pœnæ applicentur pro mercede eorum, qui dictorum deputatorum officio functi fuerint.



TITVLVS XXII.

De Hospitali Expositorum.

1 PRO bono Regimine Hospitalis Expositorum, & ad obuiandum abusibus, qui in eius præiudicium possent irrepere, mandamus sub pœna excommunicationis Nobis reseruatæ, & ipso facto absque alia declaratione incurrendæ, nequis in posterum audeat tradere proprios filios legitimos alendos nutricibus ab Hospitale conductis.

2 Expositi describantur in libro cartulato, in quo adnotentur nomina singulorum, ætas, dies, in quo fuerunt expositi, & dies mortis, siquem mori contigerit.

3 Prior conficiat librum, in quo pariter describat nomina puerorum, & puellarum, quæ ex Hospitali aliò transportantur cùm expressione nominis transportantis, & loci, ad quem fuerunt transportati, sub pœna scutorum vigintiquinque locis pijs applicandorum.

4 Vt pueri, & puellæ instruantur fidei rudimentis, præcipimus eidem Priori, vt in diebus Dominicis, tùm masculos, cùm fœminas ad Ecclesiam

pa-

Parochialem transmittat ad audiendam, & ediscendam Christianam Doctrinam, atque vt faciliùs pueri, & puellæ, postquam compleuerint annos duodecim, possint se alere extrà hospitale proprijs laboribus, mandamus edoceri artes, ad quas magis idonei visi fuerint.

5 Puellæ modestis, mundis, ac simplicibus vestimentis, sine vllis tamen ornamentis, etiam coralliorum, vtantur. Numquam extrà hospitale comedant, aut pernoctent ex qualibet, & quacumque causa.

6 Curent Sanctesij, vt pueri, qui compleuerint duodecim annos, collocentur in aliquo loco, vbi artes,quas didicerint, exercendo; possint propria industria vitam tolerare: Puellæ, vel nuptui tradantur, vel curent, vt honesto famulatui commodentur.

7 Ijdem peracto eorum officio debeant Mense Augusti consignare librum administrationis Cancellario, à quo consignationis quietantiam accipiant, & etiamsi suæ administrationis rationem non reddiderint, nec quietantiam receperint, debeant statim pecunias in eorum manibus existentes in Sacro Monte Pietatis deponere, vt eæ pro vsù Hospitalis à successoribus possint expendi. Si quid autem supererit de redditibus, erogetur in extinctionem debiti contracti pro puellis nuptui traditis, & interim aliæ nuptui nè tradantur, quò vsque debitum ex antedicta causa contra-

ctum non fuerit extinctum. Nutrices etiam extrà Hoſpitale nè conducantur ſine noſtra, vel noſtri Vicarij generalis licentia.

8 Similiter habeant Sanctesij librum cartulatum, in quo ſcribantur receputæ Creditorum, quibus fuerit ab Hoſpitali ſatisfactum, atque current, vt adſit alter ſimilis liber, vbi inſtrumenta, & contractus Hoſpitalis exarentur, qui diligenter à Cancellario cuſtodiantur vnà cùm inuentario bonorum,& iurium Hoſpitalis, vt ſuprà conficiendo.

9 Prior librum dati, & accepti retineat,& in fine cuiuſlibet menſis reddat rationem Sanctesijs ſuæ adminiſtrationis: exigat à maiore viginti annorum ſolidos 20. iuxtà Rubricam 152. Libri primi ſtatutorum Aſſiſij fol. 32.& ſi ab officio diſcedat vniuerſos libros ad hoſpitalis rem ſpectanctes ſucceſſori tradat,quietantiamque conſignationis reportet.



TITVLVS XXIII.

De Sacro Monte Pietatis.

1 E bona Montis Pietatis dilapidari, dissiparique contingat; sed fideliter, & integrè administrentur, quo eorum beneficio Ecclesia tàm corporibus fidelium, quàm animabus iugi subsidio esse possit; hinc quidem paupertatis angustijs, indè vsurarum iniquitatibus opportunè consulendo, obseruent eius ministri Bullam felicis recordationis Pauli V. Paul.V.const. sub pœnis contentis in ea, tùm capitula, quæ in ip- 82 incip.onerosa. sius montis erectione, ac institutione edita sunt, & etiam sequentia sub alijs arbitrio nostro erogandis.

1°. In primis il Cassiero, e Depositario pro tempore siano tenuti pesare tutti gli ori, argenti, ottoni, stagni, metalli rami, ferro, seta, lino, canepe, e stoppa ridotta in glomeri, ò grisarelli, sezze, o matasse, e nelli bolettini scriuere il peso di ciaschedun pegno di materie simili.

2°. Le robbe in pezza, o rotoli di seta si misurino a braccia, ouero a canne, e nelli bollettini si scriua il numero di dette braccia, o canne di ciaschedun pegno simile, e la qualità della robba.

3°. Le perle, coralli, o granate, & altre gioie si pesino, e contino, e pongasi ne bollettini il peso, e numero di ciaschedun pegno simile; altrimente tutti quelli pegni, che non saranno pesati, misurati, o conti respettiuamente, come sopra, si debbano restituire da i montisti, cioè Cassiero, e Depositario pro tempore del detto sacro Monte, e di quel peso numero, e misura, che diranno li padroni delli pegni, alli quali si debba stare, e credere senz'altra proua.

4°. Che ogni Sabbato la mattina à bando si debbano vendere tutti i pegni, che in tempo di dicidotto mesi dall'impegnamento non saranno stati riscossi, & il soprauanzo, che se ne cauarà, oltre il douuto al Monte, si renda alli padroni delli pegni, e non vendendosi in tempi stabiliti, come sopra, tanto il Cassiero, e depositario, quanto li Conseruatori di esso Monte, e li Signori del Magistrato pro tempore siano tenuti del proprio à tutti li danni, & interessi, che in qualunque modo detto Monte possa patire.

5°. Tanto li Conseruatori di esso Monte, quanto li Signori del Magistrato, hauendo in qualunque modo qualche notitia, che il Cassiero, e Depositario prò tempore, e le loro sigurtà vadino deteriorando le loro conditioni siano tenuti, & obligati à darne parte à Noi, o al nostro Vicario generale subito per riceuerne gli ordini opportuni, altrimente insolidum siano tenuti, & obligati à

tutti

tutti li danni, & intereſſi, che poteſſe patire, tanto il Monte, quanto li altri intereſſati.

6°. Che li Signori del Magiſtrato prò tempore, Conſiglieri, e Reuiſori de conti publici, Sindici della communità, e Conſeruatori d'eſſo Monte della Pietà debbano ogn'anno far riuedere li conti al Caſſiero, e Depoſitario di detto Monte, e farle dare nuoua ſigurtà idonea ſecondo la Bolla della ſacra Congregatione de Bono Regimine, altrimente non facendo riuedere, e non riuedendo detti conti reſpettiuamente, e non aſtringendo detti Caſſiero, e Depoſitario pro tempore à dare effettualmente noue, & idonee ſigurtà, come ſopra, ogn'anno, ſiano tenuti tanto detti Signori del magiſtrato prò tempore, Conſiglieri, Reuiſiori de conti publici, quanto Sindici, e Conſeruatori del ſacro Monte a riſare del proprio tutti li danni, & intereſſi, che in qualunque modo, e per qualſiuoglia tempo poteſſe patire detto ſacro Monte, Communità, e qualſiuoglia altro intereſſato.


2 Mandamus inſuper, vt cuiuſlibet inſtrumenti, decreti, & quorumcumque actorum concernentium intereſſe Montis, fiat regiſtrum in forma in præcipuo libro ab eiſdem Capſerio, & Depoſitario cuſtodiendo, qui ſucceſſoribus conſignent.

3 Officiales curent omninò exactionem redditũum ſacri Montis, pro quibus, non adhibitis diligentijs, teneantur de proprio.

TL

TITVLVS XXIV.

De Seminario.

1 ECTAM gubernandi Seminarij rationem pastorali nostrę sollicitudini præcipuè cõmendatam existimamus esse. Itàque cùm planè sit conueniens ei loco nè disciplina per negligentiam Rectoris, & officialium elanguescat, regulas à prædecessoribus nostris constitutas, reseruata tamen arbitrio nostro moderatione, vel etiam ampliatione, obseruari mandamus, commonentes, vt clerici singulis festis diebus legitimo impedimento cessante iuxtà decretum sacri Concilij Tridentini Cathedrali nostræ inseruiant Ecclesiæ, & in ea sedeant, vt consueuerunt, in proprijs locis, tàm in choro, quàm extrà, neque cùm illis alij clerici, vel seculares misceantur.

Trid sess. 23. cap. 18. de Reform.

2 Clericorum partes erunt in matutinis feriæ quintæ, sextæ, & Sabbati maioris hebdomadæ canere primas lamentationes, & primas lectiones secundi Nocturni; in Missa Sabbati Sancti quatuor primas prophetias, duas primas Sabbati Pentecostes, & in Anniuersario omnium fidelium

De-

Defunctorum tres lectiones primi Nocturni.

3 Quoties etiam capitulum exit, cùm solito habitu, & cùm Cruce ad Processiones Seminarium volumus aduocari.

* *
*



TITVLVS XXV.

De Legatis Pijs.

1 PIÆ testantium voluntates, nè malitia executorum, aut notariorum negligentia suo; frustrentur effectû cùm maximo animarum per eos suæ saluti consulentium detrimentò, statuimus, vt omnes notarij, tàm Ciuitatis, quàm Diœcesis, qui de Legatis, alijsque Pijs voluntatibus ad fauorem Ecclesiarum, Societatum, Hospitalium, & quorumcumque aliorum Piorum locorum rogati extiterint, debeant infrà mensem à die publicationis præsentis constitutionis, quòad præterita, quò verò ad futura, infrà mensem computandum à die sequutæ mortis testatoris exhibere notulas in scriptis in manibus nostri Cancellarij testamentorum, codicillorum, donationum, legatorum, & quarumcumque aliarum vltimarum voluntatum quomodòlibet per eos rogatarum quarumuis personarum hac vita functarum sub pœnis arbitrio nostro. Quorum quidem notariorum negligentiam; quia vidimus magnoperè obfuisse locis Pijs, propterea visum est etiam Nobis huiusmodi casum reseruare.

2 Habeat quilibet Rector Ecclesiæ librum ad

id ſpecialiter paratum, & in archiuio Eccleſiæ conſeruandum, in quo quæuis legata facta Eccleſiæ deſcribantur cùm ſuis oneribus, & conditionibus, cùm quibus relicta fuerunt, cùm expreſsione etiam nominis notarij rogati, teſtatoris, ſeù legantis, ac diei, menſis, & anni, & poſtmodum quo tempore, & quando fuerit eis ſatisfactum, quoſque in vſus pecuniæ ex legatis met habitæ conuerſæ fuerint, ſub pœna dicto Rectori ſcutorum vigintiquinq; locis pijs aplicandorum, & alijs noſtro arbitrio.



TITVLVS XXVI.

De Monialibus, earumque Ministris.

1 ANDAMVS omnibus, & singulis Ciuitatis, & Diœcesis nostræ Monialibus, vt quotidiè statutis horis ad sonum campanæ in chorum se conferant, ibiq; clarè distinctè, ac deuotè horas canonicas recitent, neque indè discedere ante finem absque Superiorissæ licentia, expressa causa, obtinenda præsumant, seque nulla prorsùs ab hac obligatione exemptam intelligat, præter seruientes, & siqua alia propter legitimum impedimentum facultatem officij priuatè recitandi à Superiore obtinuerit, ac neque ostiarijs liceat eas chori tempore ad crates euocare, nisi aliter grauis aliqua necessitas suadeat, & Superioris facultas accedat.

2 Quò autem magis acceptabile cœlesti sponso Christo Domino earum ministerium fiat, pariter quotidiè mane ante chori ingressum priuatim vnaquæque mentali orationi per mediam horam attentè, ac deuotè vacet.

3 Ad sanctissimum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramentum iuxtà præceptum suæ regulæ, ac

ac sacri Concilij Tridentini decreta frequenter accedant, & præcipuè festis Beatæ Mariæ Virginis, Sancti propriæ Ecclesiæ, & alijs eiusmodi solemnioribus anni diebus. Trid.sess. 25. c.10.de regul.

4 In Doctrina Christiana sese erudiri sedulò studeant: curæ autem sit Superioris magis idoneam inter sorores eligere, cui cœteras docendi munus incumbat.

5 Ordinamus pecunias dotium à sororibus in monasteria, tàm intrà, quàm suprà numerum receptis collatarum per Sanctesios inuestiri in bonis stabilibus, siuè stante horum defectù, in censibus tutis omninò debere, idque fieri Nobis inconsultis non posse. Donec verò huiusmodi inuestimenta fiant, reponendas esse in arca tali vsui deputata, ac duplici claue obserata, cuius altera asseruetur per vnum ex Sanctesijs à Nobis deputandum, altera penes ipsas Moniales iuxtà earum consuetudines, & instituta remaneat. Sac. congreg. Episc.1601.Ferrara.14.Nouem.103.

6 Ad occurrendum discordijs, quæ interdùm occasione præeminentiæ inter Moniales oriri solent, statuimus, & ordinamus antianitatem inter eas, non quidem ex die assumpti habitus, sed emissæ professionis esse censendam, atque ità in choro, refectorio, & quibusuis alijs locis, & functionibus obseruari debere, & nequa dubietas tempore emissæ professionis possit insurgere, statuimus in singulis monasterijs haberi oportere librum, in quo dies, mensis, & annus tàm ingressus, Sacr.congreg. Episc. 1646. Sulmona 21. Septemb.4.

ſus, quam profeſſionis cuiuſque Monialis diligenter adnotetur: vt etiam diſcerni poſſit, quænàm ad chori, quæ verò ad ſeruitium monaſterij aſſumatur.

7 Confeſſarius, ſiuè Cappellanus clauſuram numquam omninò ingrediatur, præterquam ex cauſa Sacramentorum infirmis miniſtrandorum; tunc verò non niſi ſuperpelliceo, ac ſtola indutus incedat, aliter in excommunicationis ſententiam ſe nouerit incurriſſe, prout etiam incurrent Abbatiſſæ non ſolùm, ſi id tolerauerint; ſed etiam, ſi ſine noſtra, ſiuè alteriùs ad id Deputati in ſcriptis licentia, tranſgrediantur clauſuræ fines medicus, chirurgus, vel quæuis alia perſona propter neceſſitatem quotidianam admitti ſolita.

8 Omnes Moniales in communi dormitorio, quod ſingulis noctibus obſeretur vnica claue penes Superiorem aſſeruanda, dormire debeant, vnaquæque ſcilicet in proprio lectulo, ità, vt neque conſanguinitatis prætextù pluribus vno lecto ſimul vti liceat, eòque ad ſignum conſuetum campanellæ quietè, ac modeſtè ſe conferant.

9 Singulis annis eligantur duæ ex Monialibus, quæ charitate, & diligentia, qua decet, infirmarum curam gerant, ijſque extrà dormitorium locus aptus ad dormiendum attribuatur, vt ſuo muneri commodè ſatisfacere valeant; ſimiliter autem infirmis quoque extrà dormitorium, & cætera ad valetudinis curam neceſſaria præbeantur.

In-

10 In ſedendo in refectorio ſuæ vnaquæque professionis ordinem ſeruet, eumque turbare non audeat; ſilentium cuſtodiat, &, quo tempore corpus reficitur terrenis alimentis, eodem anima cœleſti alicuius libri ſpiritualis pabulo repleatur. Menſam ſimul omnes ineant; ſimul omnes ab ea poſt gratiarum actionem recedant. Tranſgredientibus autem locorum ordinem, vel in refectorio manentibus poſt finem menſæ, & vanis colloquijs vacantibus pœna ſit per duos menſes à cratibus parlatorij abſtinendi. Abbatiſſa verò negligens hoc decretum ſuæ executioni demandare à ſuo officio per menſem ſit ſuſpenſa.

11 Statuimus, vt in vnoquoque monaſterio eo modo, quo ſolent eligi Abbatiſſæ, eligantur quatuor Auſcultatrices ætate quidem ſaltem annorum triginta egreſſæ, bonique teſtimonij, ac zeli, quantùm fieri poterit, & prudentiæ plenæ, quarum munus ſit ſororum ad crates euocatarum colloquijs intereſſe. Nemini verò liceat ad parlatorium accedere abſque interuentù vnius earum, quæ quidem ſedulò caueat, nè hoc officio ad propriam commoditatem abutatur, ſed debitam diſcretionem adhibeat, nè ſe extrinſecus conſpiciendam præbeat, & conuenienti diſtantia ſe collocet, præſertim ſi aſſociata Monialis parentes, ſorores, & alias non ſuſpectas perſonas alloquatur. Sacra Epiſc. Cong. 1604. Perugia 4. Maij 31.

12 Bona monaſteriorum non ſolùm minimè dilabi; ſed quantùm fieri poteſt augeri, & creſcere

ſcere cupientes, præcipimus, & ordinamus omnibus Monialibus, quibus rerum communium curam committi contigerit, vt penes ſe duos libros habere debeant, in quorum altero fideliter, & ordinatè introitus monaſterij, in altero verò exitus deſcribatur cùm adiectione diei, menſis, & anni, quo res ea, quæ deſcribitur, geſta eſt, ac tertio quoque menſe in ſororum capitulo ſummariam, poſt annum verò coràm Sanctesijs monaſterij exactam, ac diligentem ſuæ adminiſtrationis rationem reddere teneantur.

13 Ad occurrendum abuſibus circà ſororum defunctarum cellas, & cubicula oriri ſolitis, ſtatuimus, & ordinamus, quoties cellam huiuſmodi ob mortem vacare contigerit, antiquiori in ordine eam tribui oportere, iuribus aliarum quarumcumque Monialium prætenſis vndequaque ceſſantibus; quo verò ad ſuppellectilem, & alia mobilia earumdem defunctarum, volumus per Abbatiſſam, ſeù aliam Superiorem confici fidele inuentarium omnium relictorum, & ſiquæ ex deſcriptis in eo vſui monaſterij eſſe iudicentur, pro eo retineantur; cœtera vendantur, prætiumque in funeris defunctæ expenſas, &, ſi ſupererit, in communem monaſterij vtilitatem inſumatur, & cedat. Nec aliqua quidquam ex bonis præfatis ſub quouis prætextù audeat retinere.

Sac. Congreg. Epiſc. 1646. Milano 16. Febr. 16.

14 Nullos Monialium contractus ſine interuentù Sanctesiorum liceat celebrare, aliàs enim omnia

nia taliter gesta nulla ipso iure, & inualida declaramus.

15 Sanctesij verò sint in quolibet monasterio ad minus duo, ad quorum officium proponantur à loci Communitatibus personæ idoneæ, nec minoris ætatis annorum quadraginta, probatæq; vitæ, & boni testimonij, bonæque conuersationis, ex quibus à Nobis ij deputabuntur ad triennium, vel breuius tempus arbitrio nostro benè visum, qui in Domino magis idonei fuerint iudicati; Deputati autem curent hoc munus, qua decet charitate, ac diligentia exercere, instrumentis, & contractibus omnibus sui cuiusque monasterij fideliter interueniant, inque eius vtilitatem pro viribus elaborent, egregia tàm piæ, ac religiosæ operæ præmia à Christo Domino sacrarum virginum sponso haud dubiè relaturi.

16 Caueant ijdem Sanctesij, nè instrumenta dotalia Monialium celebrari permittant absque eo, quod cædula bancharia summæ ad dotem necessariæ tradatur, vel ipsa pecunia realiter, & cùm effectu in sacro Monte Pietatis Assisij, vel penes personam fide, & facultatibus idoneam deponatur; aliter enim declaramus præstandum ab ipsis esse omne damnum, quod indè ad monasterium deriuare contigerit; Hæc autem, & similia instrumenta ad Monialium negotia pertinentia, si per alium notarium rogata fuerint, quàm per Curiæ nostræ Cancellarium, executioni non demanden-

dentur, nec etiam puella admittatur, donec in Cancellaria nostra Episcopali realiter exhibita, & consignata fuerit authentica copia instrumenti sicper alium quàmCancellarium nostrum rogati in eiusdem registris diligenter, ac fideliter asseruanda: quò à Nobis hæc documenta, quoties ijs vti opus erit, possint faciliùs inueniri.

17 Præsint preterà Sanctesij monasteriorum Æconomis, nè sint in exequendo suo munere negligentes; rationes recepti, & expensi ab Abbatissa, & alijs res conuentuales administrantibus diligenter quotannis exigant, proprioque chirographo computa sibi exhibita, & per se approbata subscribant, Nosque de omnibus, seù Vicarium nostrum generalem, quoties absuerimus, certiores faciant.

18 Sumptus extraordinarios iniussù nostro facere Monialibus non liceat, idque, vt ità obseruetur, Sanctesiorum curæ sit, qui prætereà diligenter obseruent, nè mulieres impudicæ in monasteriorum vicinia sint, nèue strepitus vlli Monialium aures in proximo verberent, quietemque mentibus earum necessariam importunè perturbent; Nosque pro opportuno remedio, quoties opus fuerit, adeant.

19 Ordinamus prætereà Abbatissis, atque alteriùs appellationis Superioribus, vt portas, quas appellant, Audientiæ, immediatè post vespertinum Angelicæ Salutationis signum obserari curent,

rent,nec manè ante Missæ celebrationem per proprium Cappellanum faciendam vllo modo aperiri patiantur, excepta causa necessariæ administrationis Sacramentorum; aliter enim pœnam suspensionis sui quæque officij se nouerit incursuram, eidemque pœnæ subijcientur, quoties absque rationabili causa, & absque personali sui præsentia clausuræ portas aperiri permittent.

20 Statuimus etiam, vt in vnoquoque monasterio, vbi hactenùs electa non fuerit, primo quoque tempore vna ex Monialibus, quam ætatis maturitas, vitæque grauitas, & morum sanctimonia commendet, in magistram nouitiarum eligatur, quæ recens admissas in Christianæ fidei præceptis, & obseruantiæ regularis institutis erudiendas suscipiat, rationem officij diuini recitandi, choro inseruiendi, & cœtera monastica munia obeundi cum charitate tradat, vt, & qua decet pietate, & religionis feruore, in via Domini dirigantur, faciliùsque deindè in suauissimo diuinæ legis iugo, & virginalis obseruantiæ onere per omne vitæ suæ spatium perseuerent.


Sacr. Cong. Episc. 1618. Pisa 13. Iul. 243.

21 Et quia puellas, etiam seculares decet, quæ in monasterio inter Deo dicatas Virgines educantur, non animo solùm, sed etiam exteriùs eam modestiam præseferre, quàm loci conditio exigit, curent omninò Abbatissæ, & puellæ quæcumque in educationem susceptæ ijs tantummodò ve-

veſtibus, in quibus morum honeſtas, & pudicitiæ candor præfulgeat, induantur.

22 Vt autem debita Eccleſijs reuerentia exhibeatur, nec illis, qui ad eas venerandas accedunt, moleſtia, vel impedimentum afferatur, atque, vt debitæ Regularium pietati, præſertim verò Monialium conſulamus, prohibemus ſub pœnis noſtro arbitrio, nequis ante, vel propè Eccleſias, monaſteria, conuentus, aliaſque Regularium domos ludere audeat, ſpeciatim verò id fieri prohibemus in nulla eius viæ parte, quæ à præcipuò Ciuitatis foro ducit ad Eccleſiam ſancti Franciſci.

* *
*



TI-

TITVLVS XXVII.

De Ecclesiastica Immunitate.

1 

VONIAM sæpe contingit, vt delinquentes, vel exules, vel debitores, postquàm ad euitandas pœnas, quæ sibi à iudicibus impenduntur ad Ecclesias, aliaue loca immunitate Ecclesiastica gaudentia confugerunt, Ecclesiæ benignitate abutentes in eisdem locis immunibus parùm decenter, & cum graui etiam scandalo se gerant, vt huic malo opportunis remedijs occurrere, cum opus fuerit, possimus, mandamus omnibus, & singulis, Ecclesiarum, Oratoriorum, & quorumcumq; Ecclesiasticorum locorum Rectoribus, seù Superioribus nostræ iurisdictioni subiectis, nec non Prioribus, Subprioribus, Guardianis, Rectoribus, & Syndicis quarumcumque Confraternitatum, Hospitalium, & aliorum Piorum locorum Ecclesiastica immunitate gaudentium, vt quandocumque contigerit delinquentes, vel exules, aut debitores ad aliquem ex præfatis locis confugere, qui ei loco præest, certiores Nos, vel nostrum Vicarium generalem ea de re faciat intrà tres dies sub pœna scutorum vigintiquinque locis Pijs applicandorum.

TITVLVS XXVIII.

De Vsuris.

1 EXECRABILIS vsurarum ingluuies ad animarum exitium, corporumq; ruinam Diabolo moliente in mentes hominum immissa nullis satis efficacibus remedijs è fidelium visceribus euelli, nullisque satis idoneis legum vinculis coërceri potest, quin erumpat in dies violentior, virgamque Ecclesiasticæ seueritatis in sese identidem concitet, cuius beneficio, nec pauperum egestas, nec pupillorum simplicitas auidorum, & opulentorum questui, ludibrioque permittatur, & charitas in cordibus fidelium huius vitij fœditate extingui solita custodiatur; sciant igitur vsurarij se viuos in pœnam tanti sceleris ad Ecclesiastica Sacramenta; mortuos verò ad Ecclesiasticam sepulturam non esse admittendos, nisi priùs reali, & actuali deposito pro vsurarum restitutione satisfœcerint.

Cap. quia in omnibus 3. de Vsuris.

2 Caueant igitur Parochi, nequem huiusmodi pernicioso morbo laborantem ad spiritualia beneficia iàm dicta recipiant sub pœnis à sacris Canonibus, & alijs arbitrio nostro infligendis.

TI-

TITVLVS XXIX.

De Horis Canonicis.

1 
CVM profectò S. R. E. tùm dignitate, cùm sanctitate, cœteris Ecclesijs longè antecellat; quòd vna hæc nullam habeat maculam, neque rugam, atque adeò solis instar Domini luce perfusa per totum orbem nitentes suæ puritatis radios effundat; consentaneum est, vt reliquæ omnes, tàmquàm filiæ tantæ matris, vel saltem tanti corporis membra, eiusdem capitis mores sequantur, ritus quoscumque inuiolatè obseruent, ac tandem se ad eius voluntatem, etiam in recitandis Horis Canonicis conforment: statuimus igitur, & mandamus, vt in Ecclesia nostra Cathedrali à Priore, & omnibus Canonicis, & Clericis, qui chori officijs sunt adstricti, statis diebus, atque horis ex ritù, & consuetudine eiusdem S. R. E. diuinæ laudes persoluantur.

2 Quanto autem mentis affectù, quanta religione, ac pietate, quantaque demum animi applicatione à Sacerdotibus, & Clericis sacræ preces debeant recitari, Lateranense Concilium sub Inno- Cap Dolentes 9 de celeb. Missarum.

nocentio Tertio districtè præcipit; cui quidem Nos etiam inhærentes mandamus, vt non Prior tantùm, & Canonici nostræ Cathedralis; verùm etiam reliqui Sacerdotes, & Clerici horis in choro persoluendis adstricti, in sacrarium conueniant, indè omnes, nemineque eorum inibi consistente, ad chorum statis horis, composito vultù, modestoque habitù ad psallendum se conferant, à quo quispiam, nisi à primo sacrarij ministro accersitùs, nè discedat; sed hymnis, & canticis Dei nomen reuerenter, distinctè, deuotèque cuncti collaudent; non desides, non somniculosi, non oscitantes, non indecenti corporis habitù diuinis laudibus intersint, à quibuscumque colloquijs, confabulationibus, litterarum lectionibus, & ab omni alia mentis, atque animi distractione non modò in choro; sed, & in tota Ecclesia, & Sacrario, præsertim verò vbi ad sacrificia matutina in altaribus facienda præparationes adhibentur, totis viribus abstineant. Pro temporis, & officij ratione sedeant, stent, genuflectant, caput aperiant, & inclinent, diuinisque officijs diligenter perfuncti omnes in choro piè secretas precationes paulisper adhibeant, & inde post abeundi signum à Priore datum consurgentes, quibus ordine, ac modestia, ad chorum accesserunt, eisdem in sacrarium reuertantur; vbi cappis, & superpelliceis nullo cùm strepitù, nullisque immodestis vocibus exuantur.

Per

Per Ecclesiam nè vagentur, neue ad eiusdem fores, vel externos gradus consistant, vt in omnibus Ecclesiæ, cui seruiunt ornamento, & frequentati Ecclesiam ædificationi iugiter esse possint.

3 Tempore concionis in Ecclesia telæ concionales adhibeantur. Inter concionandum omnes è sacrario excludantur, eiusdemque fores à ministris obserentur.

4 In çelebratione Missæ conuentualis, alijsq; diuinis horis persoluendis Missalis Romani, ac Breuiarij rubricas meminerint omnes inuiolabiliter obseruare. Canonici Cappellanorum munia nè exerceant, nimirùm ab istis in eorum locum, pro Missis celebrandis nullo modo subrogentur.

5 Insuper tùm Canonici, tùm Cappellani, Sacerdotes, & Parochi non in nostra modo Cathedrali Ecclesia: sed in quauis alia, etiam nostræ Diœcesis, & iurisdictioni subiecta muneri à se rei sacræ in aliquo, vel altari, vel sacello, aut Ecclesia tàm festis, quàm operarijs diebus faciendæ suscepto, ipsi per se non satisfœcerint, aut non in sua: sed in aliena Ecclesia, vel Cappella sacrificium celebrauerint, nisi id à Nobis, vel Vicario nostro generali iusta de causa concessum, & permissum illis fuerit, vnius aurei nummi ad pias causas nostro arbitrio distribuendi pœna, quoties contrauenerint, mulctentur.

6 In cœteris autem, & singulis prædictorum

siquis

ſiquis contumax fuerit , tricenorum iuliorum poenam luat: Sacriſta verò errantes obſeruando diligenter adnotet in libro ad hoc præparato, eumque ad Nos in fine cuiuſlibet menſis ſub carceris pœna, & alijs noſtro arbitrio perferendum curet.

* *
*



TI-

TITVLVS XXX.

De Constitutionibus Synodalibus.

1 
QVONIAM experientia quotidiana compertum est nulla legum præcepta satis ad continendos in officio mortales esse; nisi metus pœnarum, custos, atque exactor illarum assiduus comitetur, hac nostra Synodali constitutione præcipimus, & mandamus, vt sub irrogatione pœnarum supra expressarum, & vbi pœnæ expressæ non fuerint sub sacrorum Canonum, Conciliorum, & Constitutionum Apostolicarum, atque alijs nostro arbitrio pecuniarijs pœnis, atq; secundum facti, & personarum qualitatem etiam corporalibus infligendis in singulis, & quibusuis inobseruantiæ casibus desuper statutis, & expressis, omnia, & singula in hac Synodo per Nos disposita, atq; decreta omninò post mensem à præsentium publicatione per affixionem inchoandum inuiolabiliter obseruentur.

2 Cœterum omnia, quæ in præsenti Synodo statuta, & definita sunt iudicio, & auctoritati Sanctæ Sedis Apostolicæ subijcimus.

EDICTVM

De Publicatione Synodi.

PAVLVS AEMILIVS Titulus S. Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis Rondininus Episcopus Assisiensis.



OC præsenti authentico transumpto ad valuas Cathedralis Nostræ sancti Rufini affixo publicantur omnia, & singula acta, & decreta facta in Synodo Diœcesana per Nos seruatis seruandis habita de mense Nouembris 1656. Vt omnes, ad quos spectat, sedulò studeant obseruare: volentes, quod infrà mensem omnes prædictos afficiat, & adstringat, ac si personaliter eis exhibita, & intimata fuissent. Ideò &c. nè de prædictis ignorantiam &c. aliàs. &c. Datum die 8. Aprilis 1657.

Paulus Æmilius Card. Rondininus Episc. Assisiensis.

loco † sigilli


Hieronymus Lucidus Cancellar.

Die

Die dicta retroscriptum Edictum vnà cùm transumpto totius Synodi fuit affixum ad valuas Ecclesiæ Cathedralis per Bernardinum Publicum Baiulum, prout retulit die Dominico 8. Aprilis 1657. de mane, & refixum, seu amotum die dicta circa vesperas de serò.

* *
*

Hieronymus Lucidus Cancellar.



ORATIO

Habita ab Eminentiss. & Reuerendiss. Domino Cardinali Rondinino Episcopo Assisiensi initio Synodi.

* *
*



T sedandæ siti iuuentus in itinere à fatigatis aquæ riuus opportunus, ac dulcis est, Fratres, ac Filij dilectissimi, sic Nobis vestro conspectù, vestrisque vocibus oculos, animumque post longam expectationem oblectari gratissimum, & iucundissimum fuit. Ex quò enim Assisiensis Ecclesiæ munus administrandæ suscepimus, nihil nobis antiquiùs fuit, quàm, vt sacram hanc Synodum indiceremus, qua plantata pridem vinea Domini opportunis institutis, ac legibus, quasi firmissimis macerijs, ac sæpibus muniretur. Verùm, quod in animo iamdiù agitabamus, differre non nihil necesse fuit, dùm Ciuitatis, & Diœcesis visitationem præmittendam existimauimus, quò vberiùs perspectæ demùm, cognitæque Ecclesiæ nostræ necessitatibus consulere possemus; sed eo negotio vix absoluto, dùm ad Synodum celebrandam cu-

ras noſtras extendimus, vniuerſalis Eccleſiæ neceſsitas repentè Romam reuocauit, diùque detinuit. Sed tamen non ſine cœleſti conſilio factum credimus, vt hoc tempore religioſiſsimus huiuſmodi Conuentus habeatur, cuius propoſitum eſt animarum mederi languoribus, vt eradicatis Populorum vitijs, moribuſque ad omnem Chriſtianæ virtutis excellentiam compoſitis iuſta Dei ergà peccata noſtra indignatio miſericordijs eius, quarum multitudo numquam erga genus humanum non exuberat, leniatur; quot verò ærumnis, quot calamitatibus premamur, vbique terrarum, non ſine dolore ſentimus. Verſatur ante oculos dira, ſæuaque lues, quæ primùm per auguſtiſsimam Italiæ partem, ac Principem vrbem, modò etiam per viciniam inexaturabilis debacchatur, nobiſque quaſi enſe diſtricto imminens, ſtrages, & cædes minatur. Squallent viduata incolis loca, & congeſtis cadaueribus ferali macerie terra ipſa operitur. Hæc, quæ non ſine horrore audimus non ſine lacrymis intuemur, hoſtram fidem poſcunt, veſtram pietatem deſiderant. Nos ij ſumus, quibus inter veſtibulum, & altare poſitis occurrendum Deo eſt, manuſque fulminaturæ, & præcibus, & ploratù, quaſi gemmeis retinaculis coercendæ; penſandum igitur eſt, quales nos eſſe deceat, quos ſummus Sacerdos, & Pontifex Chriſtus Dominus mediatores inter Deum, & homines conſtituit, quibus ouium ſuarum curam tradidit, quas

ipſe

ipſe precioſiſsimi ſanguinis effuſione acquiſiuit:
Appellauit nos amantiſsimus paſtor lucis, ac ſalis
Matthæi c. 5. nomine, vt intelligeremus, ſubditorum vitijs non
ſolùm obſiſtendum, atque in illis coarguendis
ſenſus acres præbendos eſſe; ſed etiam abſolutæ
virtutis fulgore ad nos trahendos Populorum ocu-
los, atque ad noſtri imitationem cæterorum ani-
mos prouocandos. Ob idque Nobis illud teſtatum
reliquit; non qui docuerit, ſed qui fœcerit ea, quæ
docuerit maximum futurum in regno Cœlorum.
Parùm enim (Dilectiſsimi) ea valet oratio, quæ di-
centis exemplo caret. Parùm; imò nihil poſſunt
ea, quæ verbo enunciamus, niſi verba ipſa factis
comprobemus. Sint vobis ante oculos felicisſimi
Heroes illi primi animarum Duces, ac Rectores
à Chriſto Ieſù inſtituti, qui, vt ea, quæ verbis, ac
prædicatione docuere magis exemplo, reque ipſa
demonſtrarent, animas ſuas pro ſuis ouibus con-
ſtantiſsimè poſuerunt. Hæreant Vobis animo ea,
In actibus Apoſtolorum c. 20. a n. 18. vſq; ad n. 35. quæ magiſter, ac doctor gentium Paulus ſacris in
litteris teſtatus eſt; nempè ſe ab omnium ſangui-
ne mundum eſſe: nullum ſubterfugiſſe laborem,
quò minùs annunciaret omne conſilium Dei: non
aurum, non argentum, non vllius veſtem concu-
pijſſe, & ad ea, quæ ſibi opus erant, manus ſuas ſub-
miniſtraſſe. Et quidem quos labores fortiſsimus
Chriſti athleta non exantlauit? quam mundi par-
tem ſudoribus ſuis non irrigauit? quibus pericu-
lis obuiam non ſtetit? In virgas, in vincula; in

mor-

mortem denique ipsam ruit, ac procurrit. Hæc scilicet sunt, quæ maiores nostri suo nos docuerunt exemplo. Hæc nobis calcata vestigia sequenda reliquerunt. Hæc virtus, hoc animi robur, & vis sanguinis prodiga nobis optanda est, nè degeneres simus, nè adueniente Domino arguamur. Te igitur sanctissime Spiritus, qui ab æterno Patre, æternoque Filio æternus ipse procedis, cuius alarum sub vmbra cœtus iste se posuit, ac congregauit, Te rogamus sacrarum mentium cœlestis ignis, atque ardor, vt nostros animos tua face, & tuis flammis perlustres, & incendas. Tu nos fac Angelos tuos Spiritus, & ministros tuos ignem vrentem. Psal. 103. vers. 5.



DECRETVM

Sſuper indictione diei feſti ſancti Franciſci cum eius vigilia.



CVM profecto non minùs vniuerſi Cleri ſuasù, & rogatù, quàm etiam noſtræ pietatis inſtinctù à S. D. N. Alexandro VII. Pon. Max. humiliter petierimus, vt quartum Octobris diem in ſanctiſsimi Patriarchæ Franciſci honorem inter cœteros Deo ſacros referre, Populoque de præcepto Eccleſiæ in hac Ciuitate obſeruandum proponere Nobis, ac ſucceſſoribus liceret, idemque Pater Beatiſsimus annuerit, poſtquàm die 15. Nouembris 1656. de ſacra Rituum Congregatione, ad quam ſupplicem libellum deferri iuſsit, iuſtis de cauſis piam hanc petitionem accepit, poſſe oratoribus concedi; itàq; Nobis, & futuris in perpetuum Aſsiſiatum Epiſcopis petitam facultatem impertiuerit; idcirco.

Nos prædictum diem quartum Octobris Diuo Franciſco ab Eccleſia dicatum, eadem auctoritate, vt ſuprà Nobis conceſſa ſub die ſecunda Decembris 1656. inter alios de præcepto Eccleſiæ recenſemus, eidemque, tamquàm diei feſto,

ab

ab vniuerſis, & ſingulis vtriuſque ſexus, etiam Regularibus, tàm Ciuitatis, quàm Diſtrictus Aſsiſienſis, Chriſtifidelibus omnem honorem haberi volumus, decernimus, & mandamus. Omnes igitur, & ſingulos in dicta Ciuitate, & Diſtrictù hortamur in Domino, vt eadem die à quibuſlibet ſeruilibus abſtineant operibus, & ſanctæ dumtaxat orationi, ſacrorumque librorum lecturæ, cæteriſque huius generis ſpiritualibus vacent exercitijs, nec incorruptam modò peccatorum maculis, ſed ſobriam religioſis virtutibus teneant diſciplinam, maximèque in eiuſdem die peruigilio ſacrum ieiunium reuerenter obſeruent iuxtà litteras à Sacra Rituum Congregatione ad Nos tranſmiſſas, quarum tenor talis eſt.

Aſsiſienſis Antiſtes, & Clerus Aſsiſinates, qua par eſt inSanctum Franciſcum Confeſſorem Conciuem religioſa animi inclinatione propenſi, Deoque ſeſe præ cœteris obſtrictos præcogitantes, profitenteſque, qui eumdem Sanctum tali gratia ditauit, vt Patriæ decus, & Catholicæ Eccleſiæ ornamentum euaſerit; earum cogitationum reliquijs, Diuinæ Maieſtati in honorem S. Franciſci cùm diem feſtum agere in animum induxiſſent, quartam Octobris inter Deo ſacras recenſendi, Populiſque ex præcepto Eccleſiæ in eorum Ciuitate ſeruandam indicendi facultatem humiliter à Sanctiſſimo petierunt. Quorum ſupplicem libellum Sanctitas ſua ad Sacram Rituum Congregatio-

nem transmisit, quæque in Ciuitate, & Districtû Assisiensi festum prædictum in honorem sancti Francisci die quarta Octobris, intuitû Corporis, quod ibidem magna veneratione colitur confluentium fidelium aduenarum, ex quo insuper Sanctus idem eorum fuerit Conciuis, eiusque festum nouissimè ab vniuersali Ecclesia ex præcepto seruaretur, si Sanctissimo placuisset Oratoribus concedi posse respondit die 15. Nouembris 1656. De prædictis autem facta eidem Sanctissimo relatione Sanctitas sua annuit, & Moderno, nec non futuris in perpetuum eiusdem Ciuitatis Episcopis facultatem attribuit indicendi in Ciuitate, & Districtû Assisiensi festum prædictum vniuersis, & singulis vtriusque sexus, etiam Regularibus Christifidelibus ex præcepto Ecclesiæ seruandum, quosque hortari meminerint, vt à cuiusuis generis operibus vacent, non vt otio torpentes vanitatibus, vitijsque innitantur: sed Deo laudibus rependendis incumbant; laboremque manuum pia mentis agitatione compensent, ac die festiuitati præuio ieiunent.

Six. V. const. 3 incip. Præclara.

Die 2. Decembris 1656. I. Episc.
Sabinen. Card. Sacchettus

loco † sigilli

Fran. Maria Febeus S. Rituum
cong. secretarius.

DE-

DECRETVM
Supremæ Congregationis S. Inquisitionis super Matrimonijs contrahendis.

Foris. All'Illustr. e Reuerendiss. Sig. come fratello Monsignor il Vescouo d'Assisi, omisso sigillo, intus verò. Illustr. e Reuerendiss. Sig. come fratello.



E Così frequente il delitto di Poligamia nel sant'Offitio; ancorche seueramente venghi castigato, che hà dato occasione à questi Eminentissimi miei Signori d'applicarui qualche rimedio: perche si è visto per esperienza, che buona cagione di questo eccesso è la facilità, con la quale si esaminano, & ammettono i testimonij dagli Ordinarij non conosciuti, senza farli specificar bene le circonstanze necessarie, e coartare la libertà di quelli, che vogliono contrarre, hà la Santità di Nostro Sig. espressamente ordinato, che si mandi à V.S. & à tutti gli Ordinarij l'inclusa instruttione per esaminare simili testimonij sopra gl'interrogatorij contenuti in essa, auertendola, che sodisfaccino in modo nelle risposte, che euacuino bene tutte quelle cose, che se

li dimandano: e perche ciò possa seguir con maggior esattezza, si ordina, che si debbano esaminare auanti V. S. o suo Vicario, da quali saranno interrogati; prohibendo onninamente il farsi tali esami dalli soli notari. Douerà in oltre auanti di esaminar il testimonio, doppo datoli il giuramento, ammonirlo di dire la verità, auertendolo, che se deporrà il falso, sarà egli castigato di pena di galera, come il medesimo Poligamo. Et acciò li Vicarij, e notarij siano più auuertiti, & oculati, e non allettati da interesse alcuno, espressamente si prohibisce à gl'vni, & à gl'altri sotto pena della priuatione dell'offitio, & altre arbitrarie, etiam afflittiue del corpo il pigliare per simili esami mercede di sorte alcuna; ma doueranno esaminare gratis, etiam quoad scripturam. Auertendola per ordine preciso di sua Beatitudine, che, se non saranno osseruate le cose sudette per l'auuenire, e per ciò seguirà il detto delitto di Poligamia, farà questa Sacra Congregatione graue risentimento contro li Vescoui, Vicarij, e Notarij, che haueranno trasgredito, come contro di quelli, che saranno stati causa d'vn tanto eccesso. Farà finalmente V.S. notare la presente lettera in cotesto archiuio, acciò resti à perpetua memoria registrata per informatione de suoi Successori, pregandole per fine dal Signore Iddio prosperità, & ogni contento. Di Roma li 13. di Luglio 1630. di V.S. come fratello il Card. Sant'Honofrio.

IN-

INSTRVCTIO

Pro examine Testium, qui inducuntur pro contrahendis matrimonijs, tàm in Curia Eminentissimi, & Reuerendissimi Domini Cardinalis Vrbis Vicarij, quàm in alijs Curijs cœterorum Ordinariorum.



IN primis Testis moneatur de grauitate iuramenti in hoc pręsertim negotio pertimescendi; in quo Diuina simul, & humana Maiestas læditur ob rei, de qua tractatur, importantiam & grauitatem; & quod imminet pœna triremium, & fustigationis deponenti falsum.

2 Interrogetur de nomine, cognomine, patria, ætate, exercitio, & habitatione.

3 An sit ciuis, vel exterus, & quatenùs sit exterus, à quanto tempore est in loco, in quo testis ipse deponit.

4 An ad examen accesserit spontè, vel requisitus; si dixerit accessisse spontè à nemine requisitum, dimittatur, quia præsumitur mendax; si verò dixerit accessisse requisitum. Interrogetur à quo, vel à quibus, vbi, quando, quomodo, coràm quibus, & quoties fuerit requisitus, & an sciat adeſ-

adesse aliquod impedimentum inter contrahere volentes.

5 Interrogetur, an sibi pro hoc testimonio ferendo fuerit aliquid datum, promissum, remissum, vel oblatum à contrahere volentibus, vel ab alio ipsorum homine.

6 Interrogetur, an cognoscat ipsos contrahere volentes, & à quanto tempore, in quo loco, qua occasione, & cuius qualitatis, vel conditionis existant.

Si responderit negatiuè, testis dimittatur, si verò affirmatiuè.

7 Interrogetur, an contrahere volentes sint ciues, vel exteri, si responderit esse exteros.

8 Interrogetur, à quanto tempore accesserint ad vrbem, vel ad illum locum, in quo examinantur, vndè venerint, & an venerint insimul, vel separatim.

Si responderit venisse de recenti, vel insimul; supersedeatur in licentia contrahendi, donec per litteras eorum Ordinarij, ac loci, à quo contrahentes recessere, doceatur inter contrahentes non adesse impedimentum, & mulierem non esse raptam.

Si vero responderit venisse à multo tempore citrà, vel contrahentes esse ciues.

9 Interrogetur sub qua Parochia hactenùs contrahentes habitàrunt, vel habitent dé præsenti.

Item an ipse testis sciat aliquem ex prædictis con-

contrahere volentibus quandoq; habuisse vxorem, vel maritum.

Si responderit affirmatiuè, non procedatur ad licentiam, nisi producantur authenticæ, & legales attestationes, vel testes fide digni, & verisimiliter informati de obitu coniugis defuncti.

Si verò testis responderit non habuisse vxorem, vel maritum.

10 Interrogetur de causa scientiæ, & an sit possibile, quod aliquis ex illis habuerit vxorem, vel maritum, & quod ipse testis nesciat.

Si responderit affirmatiuè, superſedatur, nisi ex alijs testibus probetur concludenter non habuisse vxorem, vel maritum.

Si verò responderit negatiuè.

11 Interogetur de causa scientiæ, ex qua deindè iudex colligere poterit, an testi sit danda fides.

Si responderit contrahentes habuisse vxorem vel maritum, sed esse mortuos.

12 Interrogetur de loco, & tempore, quo sunt mortui, & quomodo ipse testis sciat esse mortuos. Et si respondeat mortuos fuisse in aliquo hospitali, vel vidisse sepeliri in certa Ecclesia, vel occasione militiæ sepultos fuisse à militibus; non detur licentia contrahendi, nisi priùs recepto testimonio authentico à Rectore hospitalis, in quo prædicti decesserunt, vel à Rectore Ecclesiæ, in qua humata fuerunt eorum cadauera, vel si fieri

po-

poteſt à Duce illius cohortis, in qua deſcriptus erat miles.

13 Interrogetur, an poſt mortem dicti coniugis defuncti, aliquis ex prædictis contrahere volentibus tranſierit ad ſecunda vota.

Si reſponderit negatiuè.

14. Interrogetur, an eſſe poſsit, quod aliquis ex illis tranſierit ad ſecunda vota abſque eo, quod ipſe teſtis ſciat.

Si reſponderit affirmatiuè, ſuperſedatur in licentia, donec producantur teſtes, per quos negatiua coarctetur concludentèr.

Si verò negatiuè.

15 Interrogetur de cauſa ſcientiæ, qua perpenſa, iudex poterit iudicare, an ſit concedenda licentia, vel nè.

Si contrahentes ſunt vagi, non procedatur ad licentiam contrahendi, niſi doceant per fides Ordinariorum ſuorum eſſe liberos, & in alijs ſeruata forma Concilij. Tridentini in cap. Multi ſeſs. 4.

Fides, aliaque documenta, quæ producuntur de partibus, non admittantur, niſi ſint munita ſigillo, & legalitate Epiſcopi Ordinarij, & recognita ſaltem per teſtes, qui habeant notam manum, & ſigillum, & attentè conſideretur, quod fides, ſeù teſtimonia benè, & concludentèr identificent perſonas, de quibus agitur.

Pro teſtibus in hac materia recipiantur magis conſanguinei, quàm extranei; quia præſumun-

muntur meliùs informati, & ciues magis, quàm exteri, nec admittantur homines vagi, & milites, nisi data causa, & maturo consilio; & notarius exactè describat personam testis, quem si cognoscit vtatur clausula *mihi bene cognitus*; sin minùs, examen non recipiat, nisi vnà cum persona testis aliqua alia compareat cognita notario, & quæ attestetur de nomine, & cognomine ipsius testis. Et huiusmodi examinibus debet interesse in vrbe, vltrà notarium officialis specialiter deputandus ab Eminentissimo Vicario: & extrà vrbem, vel Vicarius Episcopi, vel aliqua alia persona insignis, & idonea ab Episcopo specialiter deputanda; aliàs puniatur notarius arbitrio Sacræ Congregationis; & Ordinarius non permittat fieri publicationes.

Ordinarij præcipiant omnibus, & singulis Parochis in eorum Diœcesibus existentibus, vt pro matrimonijs cùm exteris contrahendis non faciant publicationes in eorum Ecclesijs, nisi certiorato Ordinario, à quo, vel eius Generali Vicario priùs teneantur authenticam reportare; quod pro tali matrimonio fuerunt examinati testes in eorum Tribunali, qui probant statum liberum contrahere volentium &c.

Contrauenientes autem seuerè punientur.

CONSTITVTIO

De Conseruatione sacrarum Reliquiarum.

Paulus Papa V. ad perpetuam rei memoriam.



VPIENTES conseruationi sacrarum reliquiarum Sancti Francisci, Sanctæ Claræ, & aliorum Sanctorum, & Sanctarum in Ecclesia monasterij Monialium S. Claræ Assisiensis existentium quantùm in Domino possumus opportunè prospicere, supplicationibus pro parte dilectarum in Christo filiarum Abbatissæ, & Monialium dicti monasterij Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, nè de cœtero quispiam quauis auctoritate, etiam dicti monasterij Superiores, & Moniales Reliquias prædictas, aut quamlibet earum partem extrà dictam Ecclesiam extrahere, aut illam alijs Ecclesijs, Monasterijs, & locis Pijs, & personis quibuscumque donare, & elargiri, vel alias de illis disponere absque Nostra, & Sedis Apostolicæ licentia valeant, sub priuationis dignitatum, & officiorum quorumcumque per eos obtentorum, ac vocis actiuæ, & passiuæ inhabilitatisque ad illa, & alia in po-


ste-

ſterum obtinenda, alijſque arbitrio noſtro imponendis pœnis eo ipſo, abſque vlla declaratione per contrafacientes incurrendis, Auctoritate Apoſtolica tenore præſentium prohibemus, non obſtantibus Conſtitutionibus,& Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Monaſterij, & illius ordinis confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cœteriſque contrarijs quibuſcumque.

Datum Romæ apud S.Marcum ſub anulo Piſcatoris die 10. Septem. 1605.

* * *


Marcellus Veſtrius Barbianus.



DECRETVM


Sacræ Congregationis ſuper cuſtodia Reliquiarum.

Il Signor Cardinal, Gallo al Vicario Epiſcopale d'Aſſiſi.



EVERENDO Signore. Acciò nell'auuenire non ſegua maggior diſordine del paſſato intorno alle Reliquie, che ſi conſeruano in coteſti monaſterij di Monache di coteſta Città, queſti Illuſtriſſimi miei Signori m'hanno ordinato di ſcriuerui, che facciate, che le medeſime reliquie ſi repongano nella Chieſa eſteriore di ciaſchedun Monaſterio, nel quale ſono, in vna fineſtrella fatta in luogo commodo, e decentemente ornato, e chiuſa con ferrata così ſtretta, che non poſſano per modo alcuno eſſerne cauate, quale ferrata habbia quattro chiaui differenti; vna da conſeruarſi da Monſignor Veſcouo, ò ſuo Vicario; la ſeconda dall'Abbadeſſa del Monaſterio, di cui ſaranno le reliquie; la terza dalla prima dignità della Cathedrale, ſe le Monache ſaranno ſottopoſte al Veſcouo, ouero dal Superiore Regolare del medeſimo

Monasterio, quando sia sottoposto alla Cura de Regolari, e la quarta dal Magistrato della Città. Di più si serrarà di fuori la medesima finestrella con tauole da potersi aprire, e serrare à fine, che le medesime reliquie non siano continuamente vedute; mà tal'hora possa aprirsi per mostrarle alle persone qualificate, che lo ricercaranno per loro diuotione, e la Chiaue delle sudette tauole douerà sempre restar in mano alla Superiora del Monasterio. Così dunque eseguirete, auisando poi del seguito, e state sano. Di Roma li 14. di Maggio 1616.



IL FINE.

REGESTVM

✠ A B C D E F G H I K L M N.

Omnia ſunt folia integra.